8
3-c
18

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
28 F
38

bliotheca
Coll. Rom.
t. Jesu

17
H
13
8. 3. c. 18

Digitized by Google

Digitized by Google

CIVILIS PRVDENTIÆ NOTÆ

Digitized by Google

MARCI BATTAGLINI

CIVILIS PRVDENTIÆ NOTÆ

In Epiſtolam primam M. T. Ciceronis Q. Fratri conſcriptam

EMINENTISSIMO, AC REVERENDISSIMO

PRINCIPI, AC DOMINO

ALDERANO CYBO

S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Riuerſani apud Verdonum. Super. permiſſu 1678.

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Præſentibus deligendis obſeruationibus, quæ honeſti, ac moderati Viri alijs præficiendi exprimunt effigiem, vbi animi gratia aliquando ſtudium inſumpſerim, tandem nolui omninò inuitus aſpernari cõſiliũ ſinceri Amici; qui obnixè voluit Prælo eas demãdari, ea ratione (ait) *vt quandoque aliorum inſtructioni non inutiles inſeruirent, quod candido, licet amarulenter concedens conſilio, vt expleretur certiori fructu, & claritudine ſum auſus Libelli inſignire frontem micanti ſplendore tui Nominis, & Perſonæ, quæ cum verus ſit Typus Animi moderatiſſimi, & ſelectiſſimæ Prudẽtiæ, quam quærimus, valeat Lector ex viuidis, & ſanctis tui moribus frugem capeſſere vberiorem, quam*

ab hiſce leuibns, & inſulſis lucubraciun-
culis liceat expectare. Nec auſum conti-
nui, quin ijs optarim imploratam tui No-
minis Celſitudinem ea de cauſa æquiſſi-
ma, qua meritò obſtringor teſtimonium
aliquod proferre obſequij humilimi, & in
eum præſertim ſcopum, quò ipſarum lan-
guori ſpiritus accedat, & opem ferat tu-
telare Præſidium tuum; a quo deriuari
non leuem poſſe Publico vtilitatem ſpera-
re fas eſt; dum Commentariolum hoc pa-
lam prodierit radijs ſuffultum, compro-
batumque mira comparatione Tui, &
præclariſſima Auorum memoria exem-
plaris. Excipe (Princeps humaniſſime)
iucundo adſpectu fructum rudem, inſul-
ſum quidem, quia immaturus, non ta-
men futurum inſuauem, ſi gratiſſimam
radicem deuinctiſſimæ meæ obſeruantiæ
erga mirificas tuas Virtutes, prò ea, quæ
paſſim

paſſim tua eſt Bonitate introſpicere digaberis. Deum obſecro pijſſimum, vt feliciſſime diu viuas, quo eximia Morū tuorum Puritas, quæ vſque a teneriori Iuuenta aduerſus temporis immaturitatē præfulſit, cuius vlteriori progreſſu in omnes Mortales à Fama præconijs ſic effūdatur, vt poſtquam decurrentis Seculi ferreus ſopor ſilentij gelu vniuerſa occuparit, ita viuax, & defixa ſuccedentiū memorijs inhæreſcat, quo vtilitas, quam habituri ſunt eum coæquet triumphum, quem ipſa victrix ab Æui dente erit relatura; ab iſto quippe verò tutior fuerit, ac potentior, quam idem hic libellus ex propria imbecillitate vtique reijciendus, qui vna tantùm gloria erit ſuperbire contentus, quod Te (Sapientiſſime Princeps) *nouerit, ac fuerit veneratus.*

Nominis tui

Obſequentiſſimus
Marcus Battaglinus.

LIbellum non teneres mi Lector, ni prædilectus Amicus, quo cum literaria familiaritate communico fines initæ paſſionis egreſſus, quod peculiari vſui cõmodatum habuit Publico fuiſſet elargitus: dum enim inter nos quidquid ex ſepoſito ſtudio vtriuſq; labor edocet promiſcua participatio in commune conſultat, ipſe Authographo meo in hunc vſum recepto, me inſcio, & ægrè ferente Typis demandari curauit; & tam dura lamẽtationibus meis eius auris perſtitit, vt è propoſito nedum dimouere valuerunt, quod imò in ſolicitudinẽ querelas meas ſuſcepit; en ergo quod inuoluntariè lucẽ Libellus aquirit, dum priuato cubiculo, tenui ingenio procreatus priuatam domũ non erat certè egreſſurus.

Eui-

Euidenti namque ratione tenuitatem eius comperior; dum ſemper me hercule conatus meos ad quidpiam eleganter peragendum ſuperuacaneos vndique internoueram, & hoc caſu, non conatus, non labores, non curę, ſed ſola in lectitando mentis fortuita diuagatio has *Notas* à doctiſſimis Viris ſelectas præſenti confuſione inuolutas inopinanter compilauerit. Fateor *Ciuilis Prudentiæ*, ac diſertiſſimæ eruditionis flores quamplurimos adeſſe ab alijs tamen præſtantiſſimis Viris collectos, ac in hunc informẽ faſciculũ redactos quibus nil mei, quã filum prò illis colligãdis exhibui; tot ergo argumẽtis comitas tua excitatà flores deliba; manũ collectricem ne culpes, & ſi vita ſuperet autumnali æſtate forſan fructus expecta.

Viro

Viro erudito Amico cariſſimo.

Præfatio.

E*Xcitamentum, quod te extimulãte perſenſi aliquid ex ſtudijs meis adnotatum impartiendi in gratiarum, quibus tua tradidiſti reſponſione lubentiſſimè ſuſcipio; hylari enim vultu deterrima meæ tenuitatis comparatione Virtutis tuæ altius exſurgentis ſublimitatem, & gloriam introſpicio: quapropter en tibi nonnullas, quas diebus elapſis adnotaui obſeruationes: dum enim illorũ vincula ponderabam, qui Tribunali Sede Magiſtratus fulgore præcincti cæteris dominãtur triplici ſeruitute adſtrictos vtique internouerã: ſerui ſunt quippe Principi: ſerui ſunt Subditis, quibus ius dicunt, & ſerui ſunt negotijs, quorum moleſta grauedine premuntur: meritò leuamen & ipſis, & mihi qui in eadem damnatione*

patione ſum perquirendum duxi.

Quocirca Ciceronem *Fratrem ſuum dum Aſiæ præfuerat prædocentem inueni, necnon aureæ eloquẽtiæ ſuæ profũdæ Prudentiæ ſenſus annectentem neceſsitudini noſtræ ſaluberrimis documentis occurrere conieci; idcircò ſingula mature expendẽdo poſtquam ad mei inſtructionem tranſcripſi, conijciendo ea, quæ ab alijs Authoribus adnotata mente retinebam ſingulis Notis eorum ſententiam adieci, quæ omnia ſequentia Folia velut confuſa tabula exhibent.*

Supremi Conſiliarij munus Seneca, & Plutarchus [*cum quibus exoptata otia tranſigere meditor*] *expleuere*, & Tacitus *quoque, prout ex modernis* Vicecomes Sancti Albani, & Traianus Boccalinus.

Magiſtratus, ac Iusdicentis Inſtructi-

Digitized by Google

CIVILIS PRVDENTIÆ NOTÆ

Digitized by Google

MARCI BATTAGLINI

CIVILIS PRVDENTIÆ NOTÆ

In Epiſtolam primam M. T. Ciceronis Q. Fratri conſcriptam

EMINENTISSIMO, AC REVERENDISSIMO

PRINCIPI, AC DOMINO

ALDERANO CYBO

S.R.E. CARDINALI AMPLISSIMO

SOCIETATIS IESU BIBLIOTHECA

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Riverſani apud Verdonum. Super. permiſſu 1678.

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE

*Præſentibus deligendis obſeruationibus, quæ honeſti, ac moderati Viri alijs præficiendi exprimunt effigiem, vbi animi gratia aliquando ſtudium inſumpſerim, tandem nolui omninò inuitus aſpernari cõſiliũ ſinceri Amici, qui obnixè voluit Prælo eas demãdari, ea ratione (*ait*) vt quandoque aliorum inſtructioni non inutiles inſeruirent, quod candido, licet amarulenter concedens conſilio, vt expleretur certiori fructu, & claritudine ſum auſus Libelli inſignire frontem micanti ſplendore tui Nominis, & Perſonæ, quæ cum verus ſit Typus Animi moderatiſſimi, & ſelectiſſimæ Prudẽtiæ, quam quærimus, valeat Lector ex viuidis, & ſanctis tui moribus frugem capeſſere vberiorem, quam*

ab hiſce leuibus, & inſulſis lucubraciunculis liceat expectare. Nec auſum conticui, quin ijs optarim imploratam tui Nominis Celſitudinem ea de cauſa æquiſſima, qua meritò obſtringor teſtimonium aliquod proferre obſequij humilimi, & in eum præſertim ſcopum, quò ipſarum languori ſpiritus accedat, & opem ferat tutelare Præſidium tuum; a quo deriuari non leuem poſſe Publico vtilitatem ſperare fas eſt; dum Commentariolum hoc palam prodierit radijs ſuffultum, comprobatumque mira comparatione Tui, & præclariſsima Auorum memoria exemplaris. Excipe(Princeps humaniſſime) *iucundo adſpectu fructum rudem, inſulſum quidem, quia immaturus, non tamen futurum inſuauem, ſi gratiſſimam radicem deuinctiſſimæ meæ obſeruantiæ erga mirificas tuas Virtutes, prò ea, quæ*

paſſim

paſſim tua eſt Bonitate introſpicere dignaberis. Deum obſecro pijſsimum, vt feliciſſime diu viuas, quo eximia Morũ tuorum Puritas, quæ vſque à teneriori Iuuenta aduerſus temporis immaturitatẽ præfulſit, cuius vlteriori progreſſu in omnes Mortales à Fama præconijs ſic effũdatur, vt poſtquam decurrentis Seculi ferreus ſopor ſilentij gelu vniuerſa occuparit, ita viuax, & defixa ſuccedentiũ memorijs inhæreſcat, quo vtilitas, quam habituri ſunt eum coæquet triumphum, quem ipſa victrix ab Æui dente erit relatura; ab iſto quippe verò tutior fuerit, ac potentior, quam idem hic libellus ex propria imbecillitate vtique reijciendus, qui vna tantùm gloria erit ſuperbire contentus, quod Te (Sapientiſſime Princeps*) nouerit, ac fuerit veneratus.*

Nominis tui

Obſequentiſſimus
Marcus Battaglinus.

LIbellum non teneres mi Lector, ni prædilectus Amicus, quo cum ſiteraria familiaritate communico fines initæ paſſionis egreſſus, quod peculiari vſui cõmodatum habuit Publico fuiſſet elargitus: dum enim inter nos quidquid ex ſepoſito ſtudio vtriuſq; labor edocet promiſcua participatio in commune conſultat, ipſe Authographo meo in hunc vſum recepto, me inſcio, & ægrè ferente Typis demandari curauit; & tam dura lamẽtationibus meis eius auris perſtitit, vt è propoſito nedum dimouere valuerunt, quod imò in ſolicitudinẽ querelas meas ſuſcepit; en ergo quod inuoluntariè lucẽ Libellus aquirit, dum priuato cubiculo, tenui ingenio procreatus priuatam domũ non erat certè egreſſurus.

Eui-

Euidenti namque ratione tenuitatem eius comperior; dum ſemper me hercule conatus meos ad quidpiam eleganter peragendum ſuperuacaneos vndique internoueram, & hoc caſu, non conatus, non labores, non curę, ſed ſola in lectitando mentis fortuita diuagatio has *Notas* à doctiſſimis Viris ſelectas præſenti confuſione inuolutas inopinanter compilauerit. Fateor *Ciuilis Prudentiæ*, ac diſertiſſimæ eruditionis flores quamplurimos adeſſe ab alijs tamen præſtantiſſimis Viris collectos, ac in hunc informē faſciculũ redactos quibus nil mei, quã filum prò illis colligãdis exhibui; tot ergo argumētis comitas tua excitatà flores deliba; manũ collectricem ne culpes, & ſi vita ſuperet autumnali æſtate forſan fructus expècta.

Viro

Viro erudito Amico cariſſimo.

Præfatio.

EXcitamentum, quod te extimulãte perſenſi aliquid ex ſtudijs meis adnotatum impartiendi in gratiarum, quibus tua tradidiſti reſponſione lubentiſſimè ſuſcipio; hylari enim vultu deterrima meæ tenuitatis comparatione Virtutis tuæ altius exſurgentis ſublimitatem, & gloriam introſpicio: quapropter en tibi nonnullas, quas diebus elapſis adnotaui obſeruationes: dum enim illorũ vincula ponderabam, qui Tribunali Sede Magiſtratus fulgore præcincti cæteris dominãtur triplici ſeruitute adſtrictos vtique internouerã: ſerui ſunt quippe Principi: ſerui ſunt Subditis, quibus ius dicunt, & ſerui ſunt negotijs, quorum moleſta grauedine premuntur: meritò leuamen & ipſis, & mihi qui in eadem damnatione

ratione ſum perquirendum duxi.

Quocirca Ciceronem *Fratrem ſuum dum Aſiæ præfuerat prædocentem inueni, necnon aureæ eloquẽtiæ ſuæ profũdæ Prudentiæ ſenſus annectentem neceſſitudini noſtræ ſaluberrimis documentis occurrere conieci; idcircò ſingula mature expendẽdo poſtquam ad mei inſtructionem tranſcripſi, conijciendo ea, quæ ab alijs Authoribus adnotata mente retinebam ſingulis Notis eorum ſententiam adieci, quæ omnia ſequentia Folia velut confuſa tabula exhibent.*

Supremi Conſiliarij munus Seneca, & Plutarchus [*cum quibus exoptata otia transigere meditor*] *expleuere, &* Tacitus *quoque, prout ex modernis* Viccocomes Sancti Albani, & Traianus Boccalinus.

Magiſtratus, ac Iusdicentis Inſtructi-

ctionem, ac Eruditionem perquirimus; & licet è Foro Aulā, ab Aula ipſa Principum Cubicula aliquando ingrediamur; hoc tamen contingit prò captandis Præteritorum exemplis ad illam Animi inductionem aquirendam, quæ ſola Moderationis ſocia ad ſublimē veræ Virtutis thronum gradus, & via eſt; & etiam quia cum Magiſtratus Principis imagine præferat quamplurimis quoque ipſius Principatus præceptis dirigitur; nec credas Amice mi, quod Aulicorum mores ad imitationem perſcrutemur, quia cùm tota regēdi Populos norma ſui ipſius correctione, ac morali diſciplina ſit freta; idcircò non quid utilius, ſed quid honeſtius exquirimus; quale Principium [ut ſcis] de directo Politicæ Arti repugnat.

Tu verò Cenſuræ tuæ caſtigatione [ut precor] errores quibus hæc Scripta deturpantur

pantur, qui mihi præ multitudine confuſo minime patent elimina, ſpemque meam incaſſum ne reddas, ut fructus uberrimos, quos operum tuorum lectio mihi ſpondet cōſequar in quorum excitamentum præſentia cōmunico, & me Virtutis tuæ in dies magis, ac magis præſtudioſum crede.

Verſes

De Otio, & Labore *pag.* 1.
De Affectionibus Animi *pag* 9.
De Tempore Negotij *pag.* 14.
De Nouitatibus vitan. *pag.* 22.
Cunctat. non Fortuna agē. *p.* 30.
De Animi Moderatione *pag.* 36.
De Annona *pag.* 40.
De Conſilio *pag.* 47.
De Auaritia & Voluptat. *pag.* 57.
De Experientia *pag.* 64.
De Officialibus *pag.* 71.
De Fide Officialium *pag.* 78.
De nimia Lenitate *pag.* 84.
De Perſeuerantia *pag.* 91.
Audire, non credere *pag.* 97.
De metu inflig. non pęna *p.* 102.
De Amore in Subditos *p.* 106.
De Famulis *pag.* 110
De Suſpicione *pag.* 116.
De Bonitate *pag.* 122.

De

De Simulati., & Diſſim. *pag.* 130.
Cuius Amicitia vitanda *pag.* 138.
De Familiaritate *pag.* 141.
De Adulatione *pag.* 145.
De Priuato *pag.* 155.
De Seueritate *pag.* 164.
De Diſcurſu *pag.* 172.
De Anteceſſoribus *pag.* 178.
De Commodis Subditorũ *pag.* 184
De Negotijs Comunitatis *pag.* 189
De Graſſatoribus, & Furt. *pag.* 191
De Clementia *pag.* 198.
De Studijs *pag.* 204.
De Vanitate *pag.* 218.
De Morbis *pag.* 224.
De Publicanis *pag.* 227.
De Ira *pag.* 231.
De Acerbitate *pag.* 239.
De Gloria *pag.* 242.
De Fine bono *pag.* 246.

CICERO Q. FRATRI SALVT.

Et ſi non dubitabam, &c. Animos noſtros maximis in rebus gerendis, & ſuſtinendis exercitatos frangi, & debilitari moleſtia non oportet &c.

OTIO, ET LABORE.

Cap. I.

Æ Quum eſt vt clariſſimo Viro plures curę maiora pericula ſint ſubeũda, & quod munera quæ nobis Natura cõtulit in publicam vtilitatẽ impẽdamus; & tanquã mercedẽ [illegible]ea conſequentes grata retributione in communem fauorem reſpondeamus; nec labore leſſati Iuſtitiam ipſam ęmulemur feliciori prerogatiua lętantis Perpetuitatis, & Coſtantię. Enixè ergo intendat Animus bonus publico bono, & moleſtia

Tacit. lib. 2 An.

negotiorum minimè perterritus cõſtantis ęquitatis ardore onera ipſa velut triumphalium faſces, & palmas etiam ad ſudorem vſq; ad Reip. vtilitatem ſuſtineat; nec feſſus in via opus efugiat, ne locum, quem ipſe publica vtilitate occupat publico dedecore malus ſucceſſor aquirat.

Verùm hominem publicis rebus conflictatum quietem, &otium quęrerę conſentaneum eſt: dum enim vita noſtra eſt velut iter ad aliam; meritò è curis ad mortem aliquale ſpatium requiritur, vt ſepoſitis ijs, quæ foris occupatos nos tenent intus proprię vtilitati conſultari poſſimvs.

Tale otium vti perneceſſe ſapientiſſimè decantat L. Anneus Seneca li-
Cap. 1 bello de breuitate vitę ad conuincendam hominum querelam Naturam de

de breuiſſimo dierum curſu lamentari non ceſſantem; cum enim tempus ad tria diuidatur; Præteritum, Præſens, & Futurum inſimul nec aſſumpta vti nimis implicata ad noſtri eruditionem non valent. De pręſenti enim vti labili nil habemus, quam momentum inhabile; de futuro vti de incerto nobis tuta diſpoſitio non manet; de pręterito tantum velut de volumine Hiſtorico erudiri valemus, ſed iſtius homini in publica intento minimè patet volutatio, quippè ad pręſentia, & futura diſtractus, dum in incerta peruoluitur, ea quę certa conſiderare valeret paruipendit; cui egregiè adaptatur ſi otium, & quietem requirat.

Docet tamen ipſe Seneca quale otium à mente ſana ſit expetendum,

non enim inertiam, ac ſegniriem prò otio accipimus, verùm quietem, attentionem, ſtudia, & contemplationem Naturæ, ac prætetiri temporis: Ità Reip. magnę vniuerſalis Orbis incumbimus, poſtquam velut Veterani, & emeriti priuatę Reipu. muneribus, aut Principis perfuncti fuerimus, cui conuenit Scipionis Aphricani dictum: Otio ſe tali vacare ruri, vt nunquam magis eſſet aſſociatus, quàm in ſolitudine, nec magis otio abeſſe, quàm dum feriabatur.

Plut. num ſit Seni reg. Reſpub. Quapropter ad hęc tempus eligendum eſt proprium; cum etenim vita nobis conſiſtat in tribus; voluptate, actione, & contemplatione; poſt Iuuentam voluptatibus impenſam; Virilitatem actioni, ac Publico præſtitam; meritò Senectutem contempla-

tio-

tioni, & quieti concedendam cenſe-
mus, etenim prodeſſe homo homini-
bus tenetur; quoad poſſit multis, ſin
minus paucis; hocq; ni liceat proxi-
mis; idq; etiam ſi nec valeat ſaltem
ipſe ſibi; quamuis enim oſtendat Plu
tarchus migrare ex hac vita gloriosè
hominem per publica ſeruitia; tamē
ex Catonis ſententia fatętur ſenectu-
tem pluribus, ac peculiaribus incō
modis obnoxiam turpitudinis nota
in inuidiam ab operibus etiam bonis
indiuiſibilem euocandam non eſſe;
hocq; Principibus tantùm peculiare
eſſe dignoſcitur ex eo quod Veſpeſi-
anus Imperatorem ſtantem mori o- *Suet. in Veſp.*
portere dicebat, & BB. Pontifex PI-
VS V. Medico propriç valetudinis ra
tionem inculcanti reſpondit; Prin- *Boter. Apoph*
cipem non ſuę, ſed populorum ſaluti

vacare debere.

At priuati hominis alia eſt ratio, & ſecedere omninò ad quietem debet; cum enim per totum viuēdi curriculum poſtrema ſit actio; vitę ipſa conclyſio tranquillo ſenio frui fas eſt; non moleſtis colluctari diſceptationibus; ipſa ſiquidem Mors ſedulum exigit eius pręuentum, ne intempeſtiuè terrificus eius adſpectus imparatos inuadat, quod conſequi non valemus, cum alienis curis diſtracti improuidi fuerimus circumuenti.

Permaturè tamen cauendum, ne ſeceſſu à negotijs loco quietis inquietationem incidamus; hoc enim profectò eueniet ſi Ambitione, Luxu, Auaritia, cęterisque vitijs ab animo minimè diuulſis ad otia conuolabimus; vtēdum eſt medico more vt āte

viſce-

viſcerum inſtaurationem primò cruditates pergreſſæ, humorumq; colluuies ventriculo, & primis vijs adhærentes expurgentur. Hoc opus, hic labor, quo à multis neglecto locum dulcedinis in otio præripuit amaritudo; exemplo Imperatorum Maximiliani, Heracliti, Diocletiani, Alphonſiq; Regis Neapolitani, qui de inconſulta abdicatione Imperij lamētari palam fuere coacti; tali enim caſu ciuili imperio ſibi abrogato ad ignaua vitæ offitia labi neceſſe eſt; & ſuam ipſi ſententiam pudenda præuaricatione, & moleſta animi acrimonia damnare coguntur.

Faxit Deus Optimus, vt quę de Otio conſcribimus ſapienter exequamur; verum eſt enim quod Auguſtus in quadam ad Senatum epiſtola fate-

batur ſe otium optare, quod cum iſi-
eri ſpecioſius, quam promitti eſſet,
illitamen cupido temporis opta-
tiſſimi ipſi prouexit, vt quoniam re-
rum lętitia morabatur, adhuc perci-
piebat aliquid voluptatis ex verbo-
rum dulcedine, Igitur longiſſimè ſe-
per ab vitiorum prolectu eſſe cure-
mus, ne prò otio, & quiete ignauiam
amplexemur; memores Catonem in
ſumma pace de tribus fuiſſe lętatum,
nempè ſe fœminæ ſecreta non
comiſiſſe, ſe nauem dum ter-
reſtre iter pateret non cō-
ſcendiſſe, &
nuſquam otioſum diem
tranſegiſſe.

Non

Digitized by Google

Non vt cum alijs &c., ſed vt tecum ipſe certes, &c.

AFFECTIONIBVS ANIMI.

Cap. 2

VIctorię contra exteros rarò contingunt niſi à proximioribus deuictis habeant exordia pręclara, quę vt conſultò ex mente foràs emergant interius primò aduerſum vitia decet exſurgere. Imprudēter enim Principem agere credimus, ſi feſſo proprio ciuilibus diſſidijs Regno ad externa bella diuertat: volūtas ſi prauis affectibus implicita videatur promouere libertatem ad actus nuſquam valebit: meritò itaque colluctationem aduerſus vitia, ac inordina-

dinatas, ſeu effrenes cupiditates inire debemus, vt eleuata in õnes potẽtias voluntatis dominatio æqua lance in ſubiectas monarchico iure prefulgeat; & quantò hoſtium, cum quibus conflictum oporteat committi vis maior extiterit, tantò plus roboris adſumere opus erit; quare cum primò vitia veniant proſternenda non ſuaui, & precario modo, non lento pede, non amabili forma, ſed intrepido corde, abſoluto, & inconcuſſo dominatu ſunt à nobis ipſis abdicanda ac explodenda, quoties enim, vt innuit Seneca dulcedine, ac precibus ab animis noſtris diuellere intendimus, illa veluti feræ peſſimę à timore noſtro audaciam ſumentes in nos vehementiùs irruunt.

de Vita bea.

Nec vitiorum nomine Ambitionem

nem tantum, Luxuriam, Auaritiam Iram, & alia celebriora complectimur, ſed ea omnia ad quæ voluntas luxurioſè, & adamanter fertur; quoties enim ſuo prolectamine nobis infenſo impenſius obnititur, iam à ratione, quæ ſola magiſterij vices retinere debet diſiungi neceſſe eſt.

Multa propterea in deuincienda voluntate perpulchrè tradit quidam, vt enim rationis, ac iuris conſonantiam attingat oportet exuere cupidinem, & rerum affectiones, harum loco ſuffecta vna æquitatis lance: paucas, ſeu nullas opiniones tanquam animi ſponſas retinere: ſed velut adulteras ad repudia paratas recipere quotiens ratio, & temporum neceſſitudo dictauerit: perſpicua viſione in omnia oculos ferri, intentum ad- *Nan. Hiſt. Ven.* 2

ſp-

ſpectum ad pauciſſima figere; ſenſū habere flexibilem, & in quęcunque pronum-ſcitu tantum, & non vltrà; applicationem verò intẽtam duram, ac perdifficilem; alienis obiectis ſedare, donare autem rationi tantum & deniq; de ſe ipſo opinionibus, vel negotijs locationem iuratis pactis non ſtipulare.

Hæc omnia voluntatis libertatem preferentia imbuat animus noſter, & expulſis tum vitijs, tum ipſorum imaginibus, & quibuſcumq; rationi obluctantibus verè ex conflictu nobiſcum inito victoriam reportemus; in Magiſtratu namque nil ſatius optandum ea virtute venit, qua Paulus Apoſtolus prefulgere cupiebat Epiſcopum, Te metipſum dicens prębe exemplum bonorum operum; cum ſanè

nè exemplum illius qui pręeſt ſubdi-torum ſit norma viuendi: & ſi Leges, ac Iura mortua voce diſponunt; exemplar Legiſlatoris viua voce perloquitur.

Thedorico Gothorum Regi familiaris erat ſententia: facilius fieri, vt Natuta ſuo perpetuo aberret ordine, quam vt vitam ſibi Pręſes conſtituat populi diſſimilem: impictatem Manaſſis ſubditi ſcęleſtiſſimè ſecuti ſunt. prout pietatem Dauidis imitabantur Hæbręi, quia in illis micabat eiuſdem virtus, quam illi Deus ſecundum cor ſuum inuento afflarat. Reg. 2 1c. 2

C. Auguſtum ad hoc impellębat prępotenti his verbis ſuaſione Valleius *Cum Imperio ſis maximus, exemplo ſis maior*. Huiuſmodi eſt ergo pugna, quem nobiſcum præſulgenti exem-

plo

plo aduerſus vitia, cupiditates, ac Animi intenſas affectiones Authoris noſtri hortatu inire tenemur.

Ne contrahas, aut dimittas animum; neue te obrui tanquam fluctu ſic magnitudine negotij ſinas, &c.

TEMPORE NEGOTII,

Cap. 3.

VErè fluctuantis pelagi imaginem præſefert diſſidioſa Curia, nam, & multitudine curarum, frequentia piaculorum ſæpè mentē nedum faſtidio, ſed infelici diſiicit naufragio; nec meliori euentu effugiunt ijs, qui ſublimitate ingenij, & magnitudine mentis nego-

tijs

tijs quadam certa pręſtantia occurrunt, & pari facilitate expediunt; non ſecus ac in altiſſimo Oceano turbulenta tempeſtas anguſtos piſces dequaſſat; grauiori autem, velut iucundo motu tutò diuagantibus Cetis fauet: mentem verò mediocri capacitatę pollentem ſors varia occupat; multitudine quippè negotiorum oppreſſa, nec concepta perſoluit, nec perſoluta exequitur, nec concipienda dignoſcit; ſed à labentis æui motu, à curarum ſupergreſſu tanquam grraui pondere oppreſſa plerumque Prouincialium damno vti otioſa ſuæ ignominiæ ſpectatrix conſidit.

Huic infelicitati primò occurrendum eſt temporis attentiſſimo vſu, & æquali diuiſione; cum ipſo enim certando velocitate preripimur; nam i-

ctu

ctu oculi momenta, quæ tranſfluunt amplius aggredi impoſſibile eſt; & tamen monente Seneca non breue eſt tempus, nec exiguum; ſed longum, & amplum ſi benè collocetur: at multum inaniter perdimus.

De br. vitæ Cap.

- Temporis itaque nobis cura religiosè intenta ſuccedat fretis verbis ijs quibus Philippus II Hiſpaniarum Rex ſegnes premebat, artem ſcilicet ſubditis imperandi perſimilem eſſe Textori, cuius nedum manus, & mentem, ſed pedes quoque, & totius corporis vires ad telas componendas indiſpenſabili methodo requiruntur; oculos præterea ad tramam, & ſtamẽ intentos, ac manus vt abrupta religet, atque turbata componat; ita Præfectum ſuæ adminaſtrationis curæ vigilantiſſimè incumbere oportet.

Boter. Apoph. p.ſ.l.1

Ap-

Apponenda eſt tertiò Regula, quam Gnc. Agricula obſeruabat; tẽporibus negotia, negotijs tempora aſſignando, & quæ moram non ferunt ante omnia; nec confundere quæ diuerſis temporibus ſunt peragenda; leuia quippè, & minoris momenti vrgentioribus locum cedant; & ne maximè (vt quamplurimi ſolent) negotij horas Tibulli laſciuijs, vel Iuuenalis Satyris impendamus, exemplo S.Caroli Borromęi, qui ſtudijs litterarum intentus ad hoc illas horas dabat, quæ impoſiti muneris ſatisfactioni ſupereſſent; indecorum eſt enim nos dulcedine Poetarum, Hiſtoriarumue vt abripiamur, dum Prouinciales plerumque pauperes agrum, vel apothecam deſerẽtes prò eorum neceſſitudinibus nos conſulẽ- *Tacit. Vita Agr.* *Boter. p. 2. lib. 2.*

di gratia inaniter expectant.

Lucramur quartò tempus maiora nobis, friuola alijs agnoſcenda relinquere, Tiberij documento conquerentis correctionem luxus ſibi Principi demandari; dum ipſum grauioribus intentum eſſe debere aſſerebat.

Tacit. Annal. lib. 3

Occurritur quintò maximè temporis velocitati, difficultates minuendo, negotia terminando, non ſubtili adinuentione nouis dubijs protrhaere; prout etiam vel reſoluta, vel recuſata non amplius ad examen fruſtratorio opere admittere.

Et deniq; memoriæ plerumque labili ſcriptura, ac memoriali ſuccurrere: velox enim tempus auolat in exquirendo negotio, quod non habemus in promptu; ita Ioannes Vincentius Pinellus ſapienter exemplo do-

docebat. Obſeruandum eſt preterea omnia negotia tres partes ſumere, Præparationem; Examen, ſeu dillucidationem; Reſolutionem, ſeu expeditionem; ac propterea ſi diſtinctè vnãquãque aggrediamur, nedum facilius, ſed citius egregiè abſoluentur.

Hæc feliciorem negotiorum expeditionem prommittentia cauẽdum ne feſtinanti modo perſoluta vitioſæ cibi concotioni aſſimilentur; hæc enim quam Medici præconcotionem appellant corpora cruditatibus, ac ægritudinidus obnoxia facit: talem quippè ſapientiſſimus Vir periculis inuolutam appellat: qua propter ſuperioribus adnotatis hæc pauca ex eiuſdem conſilio adiungere libeat.

Primò cauendum à falſa periodo

quæ plerumq; negotijs accidit ex vana hominis pertractantis ambitione ſe breui manu etiam duriora, vel difficiliora perſoluere poſſe;& ideò prò concesſo ſupponit id, quod plerumq; dat diſputationi causã; idcircò non tempus examinis, non feſtinantis ſolertiæ iactantia, ſed ſtatus ad quem verè negotium pergreſſum eſt attendatur. Secundò obſeruandum, quod aliud eſt negotia breuiora reddere, aliud eadem minuere; ideò ſæpè cũctationi locum dare debemus, vt maturius fini conſulentes facilius finem ipſum attingamus; ſuſpendamus tãtiſper (inquit Sapiens) vt citius terminemus.

Tertiò Patientia in audienda negotij priori informatione magnoperè inſeruit, nedum ad faciliorem captũ-

ptum, ſed ad præſtantiorem perſolutionem; oportet enim potius principijs narrationis attenttione fauere, quam intempeſtiuo quæſito, vel dubio narrationem ipſam interrumpẽdo longiorem, & implicatiorem facere.

Qnartò ſciendum repetitiones, curioſitates, prefationes, & digreſſiones nedum importunè negotia prolungare, & tempus viliſſimo pretio conſumere, ſed non minori incommodo ipſis inſeruire, quam longa veſtis, & caudata homini decurrẽti.

Quinto non indiſtinctè prefationibus abſtinendum eſt; menti enim, cum qua tractaturi ſumus, vel obumbratæ, vel occupatę tantum leuaminis donant, quantum vnguẽtarię fricationes ad cutem penetrationem inducunt.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ducunt.

Sextò conſtituenda eſt diuiſio negotij æqualis, vel ſubtilis, & exilis; nec rudis, & concreta; quia experiẽtia compertum eſt, quod non diuiſio confuſionem, nimia diuiſio moleſtã prolixitatem affert: quibus expulſis Authori noſtro obtemperando congruo tempore, conſtanti animo negotia pertractabimus, abſoluemus.

Ne vltrò occurras Negotijs. &c.

NOVITATIBVS VITANDIS.

Cap. 4.

OMNIA ſcire, non omnia exequi Magiſtratibus ex Gnęi Agricolæ exemplo tradit Corn. Tac.

Tac. minus enim feciſſe, quā nimis minus periculi habet; ſui muneris implere menſuram, non excedere; homines tales, quales reperiuntur regere, non nouos exquirere; ingenijs morem accommodare, prout conducat; non ipſa ſuo proprio plerumque hetheroclyto violenter adoptare, nō ergo vltrò occurrere negotijs; ſed ea quę ſeſe offerunt expedire, non alia perquirere.

Malè idcircò aciem ſuę mentis dirigunt Magiſtratus illi, qui nedum noua negotia; ſed prò negotijs habendis nouas leges, noua interdicta, nouas, & inquietas gubernandi normas Subditis obtrudunt; quę cum ſit frequentiſſima turbarum, ac diſenſionū materia, meritò prolixiori ponderationi per nos venit ſubijcienda.

Poſtquam Populi nullis legibus tenebantur, arbitria quoque Principũ prò legibus erant Nini Regis exemplo iure condendi leges tanquam Imperij dote, & Dominij prærogatiua aſſignato, adeò diffusè Principes illo abutebantur, vt cum alij nouas ferè luxuriantes conderent, alij ad Subditos compeſcendos veluti retia tenderent in immenſam excreuerant molẽ, vt Plato ipſe peculiari tractatu, nec numerum, nec leges ipſas adinuenire valuerit; exinde confuſioni permixta profluens incerta dubietatibus determinatio protulit adagium corruptiſſima Republi. plurimę leges; & quod vt antea flagitijs, ita nunc legibus laboramus.

Iuſtin. lib. p.

De Leg. lib. p.

Tacit. An. 13.

Huic exitiali morbo deturbando quilibet Princeps prudens legum cõpila-

pilationi, & abolitioni tam ſtudiosè incubuit, vt primò Pop. Rom. ex ijs, quę tam luculenter ſcripta reliquerunt Tullus, & Ancus decem collectores delegerit, qui ad duodecim redigentes Tabulas, odioſo poſtea relapſu ad damnatam molem iterum redactę, quod Iul. Cæſar morte prępreptus deſtinauerat, Imperatores *Iuſtinianus*, & *Lotharius* perfecere, ipſius Seruatoris noſtri IESV CHRISTI exemplo, qui Moyſi oblatas decem Leges duabus tantùm compilauit: *Diliges Dominum tuum, & proximum tuum ſicut te ipſum, ex his enim duobus Mandatis tota Lex pendet.* *Suet. in Iul. Cæſare* *Math. c. 22.*

Verùm gliſcēte propemodum Dominantium luxurie poſt Codicis Iuſtinianęi euulgationem tam innumeræ & diuerſæ leges emanarunt, vt quodlibet

libet Municipium, quodcunque Oppidum Legiſlatoris in Statutis condendis iure potiatur; quod optandũ facit Herculem, qui Hydram hanc legum penitus perdat.

Omnibus his defixus Pręſes excogitet, num commendationi locum relinquat, qui ingenium proprium diuagans per plura ſubtilia adinuenta in nouis excitandis prohibitionibus, & legibus acuit; & Zeleuchi exemplo pręmonitus paucas, & ſimplices leges Populo ſuo tradẽtis iam vulgatis vtatur, Strabone monente bonis vtendum legibus, calumnias etenim cauent qui ſimpliciter ratis firmiter inhærent. Auenionenſibus turbæ acciderunt ex Columnę Prolegati Pontificij Edicti promulgatione, minimè quidem ratus, quod ſatis olim pro-

Strabo lib. 2

prouiſum ,& quæ conuertuntur in deterius mutantur. Acri exageratione pruritum huiuſmodi leges obtrudēdi nouas pereleganter inſequitur I. Lipſius, & à ſimili euulgatione Magiſtratum continendum monet, quę pauperibus tantumodò vexandis ſæpius inſeruiat: alij enim (ait) iudicāt, alij inſtruunt, alij agunt, & qui miſerrimi ſunt eas habent; cui conuenit id quod Plutarchus notat, leges ac prohibitiones veluti retia tendi: ſed prò captandis, ac fallendis auibus paruis tantùm inſeruiunt; Aquilis ſiquidem, & Falconibus non obſtant, quia licet pennas maiores relinquant immunes laqueorum confractione aufugiunt.

Libro de mon. & pol. Cap. x

In vita Solonis

Omnimodam tamen à nouis Decretis abſtinentiam non liceat indicere; caſus quippè quamplures id exigunt

gunt

gunt; ex eo quod iuxta artis medicæ leges, & experimenta à frequentioribus, quam par ſit, pharmacis cum moleſtia, & irrito fructu frangi natura ſoleat: memores ſententię Tiberij
An. 3 penes Tacitum non ignorantis in cōuiuijs, & circulis incuſari iſta, eiſque modum poni: ſed quis legem ſanciat pœnas indicat.

Tria propterea in euulgatione cauēda ſunt. Primò vt lex naturę, ac Ingenio Prouincialium accommodata dignoſcatur, ne ab illis requiramus ea, quibus impares ſunt. Secundò vt pœna conſtringat, quod amor non impellit. Tertiò vt perpetua obſeruantia cuſtodiatur, ne oſtentui magis, quam duratura euulgata reputētur, vel obliuione, quod flagitioſius eſt contēptu abolita ſecuriorem tranſgreſſum

greſſum faciant Solonis monitu, qui interroganti, num bonas leges Athenienſibus dediſſet, optimas, & ſalutares eſſe reſpondit illas, quibus ſubditi parent. Cogitare denique ſapiẽtiſſimè Legislatores ſe impares reputaſſe tanquam humanitati inuolutos in ſanciendis legibus, ac propterea Numam Romanis leges daturum Ægeriam conſuluiſſe Deam aſſerebat; Triſmegiſtum Ægyptijs à Mercurio, Minoem Cretenſibus à Ioue, & Platonem ipſum Magneſijs ab Apolline recepiſſe illas fatebatur Antiquitas. Cautè ergo, quia ſi velis quod nondum prohibitum eſt ne uetere; at ſi prohibita impunè tranſcenderis, neque metus vltra, neque pudor erit: multiplicitati enim legum tranſgreſſio añectitur; tranſgreſſioni plurium in-

incomparabilis correctio, & incorrectioni ipſius Iuſdicentis vilipendiū, quod ſanè vitatur Authoris noſtri conſilio *vltrò Negotijs non occurrere*.

Non enim eiusdem partem Reip. geris, in qua Fortuna dominetur, ſed in qua plurimum Ratio poßit, & Diligentia, &c.

CVNCTATIONE AGENDVM, NON FORTVNA.

Cap. 5.

DIfficiliori experimento num ſubiaceat Togatus in foro, vel Miles in caſtris non tam palam compertum eſt, vt ita protinus elucidetur: fortunę inſeruit præſertim.

ſertim munificas eius varietates experitur miles: prudentia, ac animi moderatione pręfulget regendis populis Magiſtratus, & cum hæc conſtantię, ac ſeueritati; illa verò fugacitati, & mutabilitati connectantur; meritò Authori noſtro collaudando feliciori euentu illam Reip. partem in qua minimè Fortuna prępollet ſuſcipiendam proponimus; ne facilius euenire credatur quod foris expectare cogimur, quam quod intus meditantibus animi dotibus pręuia voluntate nemini alligata foris, extromittere poſſimus.

Secluſo Fortunæ dominio, quæ nullam ſibi partem in Magiſtratibus adſcribere debet, Tacit. Virum ad hoc munus explendum apprimè peridoneum ſic nobis affert, Cunctatorem *An.* 2

ſci-

ſcilicet cui placita potius conſilia cũ ratione, quam proſpera ex caſu placere debent; & meritò Fortunæ contraponitur Cunctatio, quia nomine, & ope Fortunæ ſuccedunt ea, quorũ ſtudio vacamus, & Cunctatione illa, in quæ vi, examine, cura, & labore connititur. Cunctationem tamen hanc à capitis moderatione, ratione dictante, non à viſceribus flegmaticis, & ſtupidis ſegni natura promanare oportet; non enim inepti, & ad operationes tardi cunctatores, & maturi dicuntur: ſed hi tantùm, qui animi ardore quæ peragẽda cognoſcũt priuſquam in ea intendant voluntatẽ intellectui diſcutiẽda proponunt; idcircò prout Prudentia Cunctationi concors dignoſcitur: ita maximam eiuſdem oppugnatricem Iram feſti-

natıonis

ſtationis, & impetus matrem eſſe palam ſit. Exēplum egregiè tradit Seneca cum *Fabium Maximum* deſcribit labentis Romæ. Imperij vires reſtaurantem, non vi, non impetu, non audacia Annibalis militiam profligātem, ſed ſola cunctatione, & maturitate perfunctum. *De Ira lib. p. Cap. 11*

Et licet Foro apprimè Cunctatio conueniat, nec tamen & à Caſtris aliena eſt: exempla prçclara afferunt geſta moderni Fabij *Alexandri Farneſij*, quę elegāti ſermone refert Catterinus Dauila de Bello Gallico, cui tam proprium fuit cunctationis ſtudium, vt etiam de malè obuentis ratione tamen peractis colletaretur; & cū in Rothomagēſi ſuccurſu inſequi noluerit *Henricum Regem Gallum*, quē Fortuna inermem intra propria Caſtra

ra depulit, cuidam hanc negligentiã increpanti (imminebat enim ex ſolicitudine pręclara, & indubia victoria) fermè reſpõdit; ſe iterum id quod fecit facturum, quia ratione mouebatur; ex quo *Henricum* Regio apparatu, non militari maniplo exercere bellum, non Fortuna, vt pleriq; aſſolent ducebatur; facile erat enim ex inconſulta, & ſollicita inſequutione in militares inſidias incidere.

Nec vili vocabulo quo Tacitus illam paruipendit Cunctationem ſeruilem vocando, ſtatim exequi Regium eſſe, vſui noſtro minimè vileſcit adeò, vt eidem non incumbamus; qui enim ius dicit ſeruire dicitur, ſeruit enim Principi, ſeruit Reip. ſeruit hominum neceſſitatibus, & commodo; idcircò fortius ratione ſeruitij,

cui

cui adſcribimur , illam amplectamur ; & cum S. Gregorius dicat homine n ſibi ſoli viuētem ſeruire corruptibilitati , quantò honorificentiùs , tam multiplici deſtinatus officio Magiſtratus inſeruiet? *Moral. lib. 4 c. 30*

Itaque ratio, diligentia, ſolertia, & ponderatio excitet opera noſtra, expendatque: Fortuna ipſa nec cogi nos ad minimum quidquam eius blādimentis; nec obtenta, & aſſequuta eandem moderari debere.

Tota in virtute, ac Moderatione Animi poſita eſſe videatur, &c.

ANIMI MODERATIONE.

Cap. 6.

TOTA vtique regendi Populos norma Regẽtis ipſiuſmet moderatione, ac virtute continetur; nec vt ſuperius diximus quiſquã prȩualidus eſt ad aliorum defectus coercẽdos dum proprios negligit; priores dominij actus vti à nobis prodeunt, ita in nos proximiores referri decet, & cum morum honeſtas ex Animi moderatione conſurgat, hoc primò exquirendum, in hoc eſt omni conatu ènitendum.

Horum fundamenta à quibus, tãquàm ab origine [redacted], ſeu Parentibus deriuantur ſunt Modeſtiá, Humanitas, Comitas, Affabilitas, & Humilitas; ſicut

ſicut enim ex Superbia, & arrogantia Inuidia accenditur; ita horum cõſuetudine, morum manſuetudine exſurgente funditus eradicantur.

Maximè autem intereſt huius ornatu virtutis animum induere Magiſtratus; cum enim ſola dominatione inuidia expullulet, ſi moderatione non cohibeatur ad odioſiſſimum gradum eouſque extenditur, vt ab aliena iniquitate calumnias quoque expectare ſit.

Plura de moderationis virtute experta fuit Antiquitas, quorum maxima refert Valerius; ſapientes enim Conſules ab ea plerumque Conſulatum iniere. *Publicola* vt animi moderationem externis actibus patefeceret ædes proprias diruit, quia celſiori loco prominebant. *M. Rutilius* *Lib. 4 Cap. 1*

In concione populũ increpauit, quod ſibi immerito bis Conſulatus dignitatem detuliſſet: hiſce cardinibus innixa Iuſtitia non quatitur: vindicta non cõſulit: Auaritia non docet: Superbia non inflat: Proteruia non obduratur: Conſtantia non inflectitur; ſed ſumma pax, ſumma ſenſuum cõconcordia conſurgit, omneſq; ſimul Virtutem monarchico iure pręcellentem extollunt.

Quibus ſi potitus fuiſſet *Cardinalis Spinoſa Philippi* II Hiſpaniarum Regis amantiſſimus dignitate, ac potentia cum Regali gratia non fuiſſet ſanè priuatus: hoſtibus ipſis ſuis non minus quam clientibus eum venerãtibus tanto immoderati animi exceſſu ferebatur, vt quiquid Regi in obſequium tribuebatur, ipſius Cardina-

lis

his gratia videbatur elargitum; quapropter à Rege Famulum ſuperiorem tolerandi neſcio ab Aula meritò fuit expulſus. Quod autem Spinoſç ex ſuperbia, & immoderatione contigit perſimile ab vnoquoque vitiorum animum noſtrum extra veritatem extollente euenire poteſt. Cauendum, ne præſumptione vanitati nitamur, vel Principi æmulando, vel authoritate, ac potentia eiuſdem abutendo; memores conſilij ſapientis Viri Traiani Boccalini acri recordatione monentis Magiſtratuum authoritatẽ labili carthæ adhærere: recolamus à voluptate animum corrumpi, & quoties illarum immoderatus vſus occupauerit moderationi minimè locum relinqui: ſit quippè nobis compertũ comitatem morum ſubſequi amorẽ; *Relat. 41 p.p.*

gnari quod ſicut vitia virtutibus inimica ſunt, ita impoſſibile eſſe eandẽ manſionem omnia inſimul retinere: ſed exutis audacia, arrogantia, vanitate pacificam ſtationem in animo noſtro aperiamus, in qua virtutes omnes abſque cõflictu in Iuſtitię obſequium dominentur.

Rei frumentariæ cura, &c.

Cap. 7.

Eſt Annonæ cura res grauiſſima, eius porrò grauedinem ſentit primò permota Plebs, nullatenus memor, immitti quandoque in Populum, teſte ſacra pagina pœnas iſtas ab ipſo iuſtiſſimo Deo: verùm harum cauſam retorquet mordicus

in Magiſtratum vti authorem, hinc nacta occaſionem, nedum famis impatiens, ſed & tumultuoſo motu reddita effręnis tolerabilia cœtera quęq; reſpuit cœca peruicacia: vt quæ ſperare plus, quam debeat tolerare minus plusquam poſſit plerumq; de more ſolita ſit, & ad inſtar pelagi æſtuoſi tumultuoſa ægrè pati quæcunque ſibi in præſens obueniunt; quapropter in id intendere totos debet animi conatus Præſes, cuius *officiũ expletur Panis, Pacis, Iuſtitiæ cura*; ac proptetea difficultates Annonæ ſuperandi plura egregiè tradit eruditiſſimus Vir quæ hic compilata lubēti animo ſubnectam.

Tacit. Vita Agric.

I. præcipuum eſt pacando populo in frugum egeſtate, vt præuio Religioſorum, & Concionatorum miniſte-

rio illam à D. O. M. prò peccatis noſtris ſuæ Iuſtitiæ flagello immiſſã eſſe, & ideo prout iniquitate prouocatur, ita patientia, humilitate, ac pœnitẽtia lenitur: pauperibus tolerantiam ſuadendo, medioxi nis ſobrietatem, diuitibus parſi noniam, & ex his quę ſuperſunt charitatem, & liberalitatẽ in leuamen egenorum.

II. Poſt Numinis curam ſuccedit Agrorum ſolertior cultus, quo tolli, vel minui ſaltem egeſtas ſolet, cuius è contra neglectu deficere alimoniã paſſim nil mirum eſt; id autem aſſequi poſſumus excitando ſegnes, cõmendãdo induſtrioſos colonos, pręſtando conſilia, opem & ſemina procuratis bobus, & auxilio peculij pub lico ære parati media fideiuſſione, & certa ſpe redintegrationis in meſſe

pro-

proxima. Impedimenta verò quæ vrgenti vno culturę tempore agricolas remorantur ſubmoueri pręſertim oportet, non ſolum Tribunalium ſilẽtio, ſed & Cauponarum, & Ludorũ indicto otio, ex quibus ſanè non rarò Ruſtici prò agris torpedinem colunt, ſegnitiem, & vinolentiam; qui verò ſedulò labore agros incultos reddunt fructiferos priuilegijs proſequi, beneficijſque decet ipſo Imperiali Iure ſic indulgente. *l. p. C. e omni Ag. deſ* III. Cauẽdum eſt vt in aptis, & vẽtilatis horreis ſeptẽtrioni patentibus frumenta repoſita cuſtodiantur, & conſeruentur incorrupta, ea copia maximè, quæ poſſit ſuppetere periculo futuræ egeſtatis.

IV. Salutari prohibitione occurrere ne *Diuites*, qui ex mercimonio pecunia frumenta emunt ad ſui libitum

valo-

valorem excreſcãt, omnibus, & ſingulis prçcipiendo ne plus tanti venũdent, & demum neceſſitate cogente illa Publico conſeruent, & etiam violenter iuſto pretio in commune cõmodum conſerant.

V. Si peculiari loco egeſtas reperiatur, alia proximiora affluẽtia fruantur non erit improbum frumenti pretium augere, vt ſpe maioris lucri Exteri in noſtrũ ſubſidium cõfluant.

VI. Ennitendum eſt frumenti ne quidquam ad finitimos extrahatur, niſi prius omninò fuerit in tuto *Annona*: at ne clandeſtinæ ſubſequantur extractiones per emiſſum palam prçceptum in vrbem, & Terras importentur frumenta ne permiſſa foris facile pateant ſubtractionibus; & inſuper ne audeat quiſpiam ipſa coeme-

re

re vltra ſubſidium cuiuſcunque familiæ, idque præuia Magiſtratus licentia, quod ineundoscontractus, & vẽditiones poterit vtique reddere difficiliores.

VII. Quia plerumque quod anno feraci ſupereſt aliò transferri ſolet, hoc ſi retineretur in futurum ſubſidium vna cum publico bono faceſſeret hoc audaci cõmercio euitãdum pretium Exteris deferẽdæ ſegetis in maximum augere.

VIII. Viros prò frumentorum conſeruatione, & coadunatione deligere, & egeſtate ingruente Mercatoribus aliciendis præmia, puta primæ, vel ſecundæ naui conſtituere, immunitatemque ad id tempus ſeruandam omnium vectigalium ſtatuere: immò Claudij exemplò in Principem, vel

pub.

Sueton. in Claud. publicum damnum, quæ ex perituris nauibus, & mercibus forent forſan obuentura ſuſcipere.

IX. Omnes ſegetes in commune conferre, & panem pro virili habita moderatione diſtribuere; Pauperibus etiam publicam pecuniam fideiuſſione recepta mutuare.

X. Homines vagos, inutiles, aduenas, crapulantes extra ditionem eijccere: ni *Coſmi Medicei* veſtigia ſequendo Princeps ipſe ſuo ære Annonam illos ſpectantem procuret: vel SS. *Pontificis Innocentij* XI auguſtam Pietatem æmulando, qui dum Anno 1648 *Cardinalis Odeſcalcus* Ferrarienſibus Pontificius Legat. præeſſet *ſuis ſumptibus* vberrima charitate egenis pane ſuccurrebat. *Adria. Hiſt. 8*

XI. Venationes, aucupia, ac piſcati-

cationes fame vrgente liberiori permiſſione concedere, & ſumptuoſas Nuptias, Conuiuarum diſpendia, & vana Bacchanalia inhibere.

Iſtis opportunis pręſidijs ſi non fames ceſſerit pauliſper ſaltem tolerabilior euadet, & clamoſæ Plebi claudetur os, quæ *in Dominantis culpam ſolet fortuita quoque trahere.* *Tac. An. 4.*

Permagnum negotium, & maximi Conſilij, &c.

CONSILIO.

Cap. 8.

IN magno negotio benè moratur magnum Conſilium: incaſſùm enim expeditur ſi pręmaturi conſilij

ſilij exploratio non antecellat, prout etiam egregiè Moderationis ſermoni de conſilio ponderatio ſuccedit cum velut à Parente ab ipſa oriatur; feſtinatio enim, & ira ſunt inimica conſilio; ſicut etiam quod velox conſiliũ ſequitur pœnitentia: conſilium autẽ duplici modo in noſtratum adiutorio ſe offert; & primò prȩuijs nobis inſitis à natura rerum intellectu & prȩcognitione, quæ prudẽtiam conferant prȩſentiendi quoquomodo futura, eiſque opportunè occurrendi: artem ſcilicet ſolertem pacis excolendi, diligentiam in fortuitis, dexteritatem in congruis accidentibus cunctandi, maturitatem in deliberãdo, celeritatem in exequendo, conſtantiam in decretis, fortitudinem in aduerſis, moderationem in proſperis, cogniti-

onem

onem de diuinis rebus adeò certam, vt in eo quod Fides ſecuritatem reddit, ſuperſtitio timorem non pariat; & tandem quod licentia, quam à potentia, & auctoritate nanciſcimur, à nobis geſta in præceps non euertat. Hæc omnia optimi conſilij tanquam præclaræ cauſę notantur effectus, qui introrsùs prodeunt, & quæ ſolius naturæ, ſolius ſtudij, ſolius virtutis ope elargita fuere.

Altera conſilij ſpecies, quæ huic interno correſpondet externum dicitur conſilium, & eſt ſententia, ſiue opinio illorum, qui prudentia, & rerum experientia pollentes in noſtrarum deliberationum adiutorium aſſumuntur, & prout in primo quod diximus interno conſilio nil aliud quã vſus requiritur; ita in hoc ſecundo

ſcrupuloſa ponderatio adhibenda venit.

ib. p. Infelicem vocat *Guicciardinus* hominem alieno conſilio indigentem, quia illud reſpuere anceps, ſequi verò periculoſum eſt; & tamen in deliberationibus arduis, prout nihil vtilius, ita nil periculoſius interdum, quam alium conſulere: prudentibus enim, ac imprudentibus par eſt hoc caſu conditio; quem namque tantæ mentis inuenire eſt, vt omnia rerum interna abſque aliena ope comprehendat? ac in contrarijs mutuò ſeſe oppugnantibus meliora ſecernat? at quis expoſtulata conſilia à fidelitate, ac virtute prouenire aſſerat? ab ſui ipſiuſmet ſæpiſſimè ſcopo, & operto fine dirigitur, non noſtro Conſiliarius, & ſi ex nobis quæ tutior ſit

præ-

præeligenda pars hæremus, quomodo maculam, quam fiduccia, & æſtimatio qua Conſiliariorum aſſumptũ tegit, ſecernere valebimus?

Deplorabilis erat ſanè conditio *Henrici* III. Gallorum Regis quando Guiſiorum, & Hugunottorum vehementiam in ſui Regni, ac vitæ diſcrimine lamentabatur, àc ſuos vt plurimum perperàm conſulebat: execrabile erat quod in ſumma rerum, non Regis ſalus, non Regni incolumitas, non fidei zelus, ſed *Ioioſæ*, *Epernonis*, & *Villaregij* mutua æmulatio conſilia Regiæ perplexitati ſuppeditabat; ꝑdifficilis ſanè hæc res eſt, & quæ magnos Viros perdidit exemplo *Petri* *Medicei* vafrè Venetos conſulentis. *Dauila lib.* x

At inter huiuſcemodi ambages præſtabit inire conſilia, quam ſue te-

meritatis inde mox deflere pœnas, excellens namque eſt Vir, ſed rarus, qui proprias res ſua virtute egregiè, non aliena ope ſuffultus expedit; bonæ mediocritatis ille qui per ſe inhabilis, vel ex inſcitia, vel ex non vſu ad alium confugit: & inutilis, ac ineptę naturæ quē propria inhabilitas moratur Meliorum deſtituta conſilio.

Conſulēdum itaque in rebus tum arduis, tum dubijs erit, & ad euitandam fraudem, ſi qua deliteſcat alieno inuoluta conſilio, honeſtiori, & æquiori accedamus, Clementia, Iuſtitia, Moderatione innixi, acri omnium premiſſo diſcurſu. Sic *Iulius Cęſar Cinnæ* Coniurationem in ſui necē detectam Amicorum repudiata ſententia Clementiam conſulit, ac ad ſe vocatum venia adeò deuinxit, vt

& Conſulatu, & perpetua Clientela, verùm etiam ampla ſui hæreditate ditauit, non alia motus cauſa, quam quia Clementia ſui ſic expoſcebat: & per plures coniurationes, quas incaſsùm antea pœnis compeſcuit in hanc clementer impunitam terminarunt.

Neceſſe eſt res Mortalium aliquali eſſe obnoxias colluctationi, quas obfirmare humano examini ritè oportet, ne improuidas aduerſa fortuna inuadat, & dubia ſpe perperàm dequaſſet, & fortaſſis infelici euētu, quare prælio diſcurſus obfirmandę, & omni conatu in ſecuros greſſus ſunt dirigendæ; aliter enim ebriorum veſano, & incompoſito more procedēt: ſummus quippè Deus Vnigenitum ſuum Filium Cōſilij vocabulo dona- *Iſa. 9.*

re non eſt dedignatus vocando ipſum *magni Conſilij Angelum*.

Tria tamen in petẽdo conſilio verè periclitantur.

I. Si euulgetur Secretum de quo quæritur conſultatio.

II. debilior efficitur propria, & libera authoritas, cum ad Conſiliarij libitum fuerit remiſſa.

III. Infidelitas non rara Conſulentium.

Primo periculo occurritur cauendo ſibi à Perſona verboſa, & à conſilio iuuenili. Secundo obſiſtitur periculo animaduerſione, ne Conſiliario nimia indulgeatur facultas. Tertio obſtatur diſcurſu, ac diſputatione antè executionem habita.

A' numero collectitio Conſulentium, nec aceruatim, neque cõfertim

Con-

Cõſilium expectatur; ſed audita publicè ſingulorum sententia, etiã priuato, & ſecretiori cubiculo iterum audire ne pigeat; hoc enim modo Conſulẽtibus libertas tutior eſt, cuius defectum penes Tacitum ægrè ferebat *Aſinius Gallus*, cum ſic reſpondit conſulenti ipſum Tiberio. *Quo loco cenſebis Cæſar, ſi primus habebo quẽ ſequar, ſi ſecundus, vereor ne imprudens diſſentiam*. Et maior ſibi ipſi aſſeruatur authoritas; nam ex ſeparato omnium Conſulentium colloquio in qualem ſentẽtiam pluralitas inclinauit penes Conſulentem ſecretiſſima notitia remanet, quam etiã reſpuere, ſi eius libito non accommodetur. *Clemens Papa* VIII. abſolutionẽ Regis Galliarum *Henrici* IV. ſic ſapiẽter expediuit: Cardinalium vota nõ

Conciſtoriali more, ſed priuato cubiculo excipiēdo, aſſerens tanti momēti negotium non tumultuario variarū ſententiarum conflictu generali Conſilio eſſe admittendum, ſed prematura, & ſingulari cum vnoquoque ex Conſulentium ponderatione fore excipiendum: ex quo ſibi libertatem, & Conſulentibus ſecuritatem tutatus eſt, dum auditis omnibus abſolutionem cōceſſit maioris partis ſacri Collegij votis aſſerens authorizatam.

Optimi denique Cōſiliarij munus Mortui explere valent, ſcilicet Libri ex quorum lectione affectione, turpique infidelitate, ac ceteris animi vitijs, quibus Mortalium Conſilia ſunt obnoxia, mente depulſis tutam commonſtrant viam tam nobis, quam ijs qui in humanis verſati id rectè muneris

ris obierunt.

Hic notandum, nùm Conſulem expediat ea, circa quæ conſulit exequi, cui negatiuè reſpondet Boccalinus eò maximè ſi ipſe author primæuus extitit illius ſententiæ, de quibus infra. *Ad Tacitum An. 3.*

Tu, cùm Pecuniæ, cùm Voluptati, cùm omnium rerū Cupiditati reſiſtes, &c.

AVARITIA, ET VOLVPTATIBVS.

Cap. 9.

A*VRO cedunt omnia, & qui Auro reſiſtit precioſior eſt Auro*: quapropter potentiæ tam effreni tam amplæ paſſim, & inuictæ ritè effa-

ſatum conuenit Taciti ita ſcribentis; *ſummum malorum omnium Auaritiam eſſe*: non aurum, & pecuniam incuſando, ſed ſordidi quæſtus, & vitioſa in ea prædilectio ſummum mali, atque iniquitatis apicem attingunt.

At ſi Auaritiæ res ſeculares deturpanti ſceleſtiſſimum huiuſmodi nomen quadrat, quantò fortiùs id merebitur, dum ſecularibus finibus egreſſa in ſacrum Iuſtitiæ forum violãdum ſordidiſſimo Curiæ mercimonio intruditur, ex qua Tribunal reuerendum neſandi Telonij vices corruptiſſima preuaricatione aſſumit. Adeò execrabilis in Magiſtratu, vt tot Conſtitutionibus, & Pontificijs, & Imperialibus compreſſa vlteriori exprobrationi locum non relinquat, quapropter nil aliud in ipſius odium addere

addere eſt, quam animaduertere, quod ex Regulis, quibus Otthomanica Dominatio dirigitur fortaſſe nõ eſt illa damnabilis, qua ſeueriſſimè Magiſtratuum Auaritia confiſcationis pœna plectitur: pecunia enim fit Iuſdicentis delictum, & ex malè partis Fiſcus bona capit: prout nec minus exprobrandus venit *Dux Valentinus* qui dum *Romirum de Orco* Romãdiolæ prefecit, aurum quod rapaci in Prouinciales iniquitate Iuſtitiæ obtentu cumulauit vna cum vita ignominioſè maxima capitis diminutione Cæſenæ abſtulit; & licet non ex Iuſtitia, ſed ex ſpoliorum, & pecuniæ cupidine id eueniat, attamen hæc facta memoramus, vt Magiſtratibus ſi non virtutis amore, ſaltem formidine pœnæ pateat integritas;

nam

nam ſi antedicta exempla frequentius contingerent Telonia intus Curiam erecta funditus diruerent, & officinæ illuuiei ſordidiſſimę in Foro patentes ſtatim decoctę inſpicerētur.

Vnus ex claris Viris, qui modò Iuſtitiam moderatur Magiſtratus Auaritiam, ac rapacitatem increpare ſolet ex reſpectu proprij ſuimet commodi; breuiori namque curriculo illius dominatio fertur, qui ſordido quæſtu Populorum querelas, & Principis indignationem extorquet, quā qui moderatè, & æquè pertractando ampliori, & ditiori dominio perfruitur; non poteſt enim integra manere fides vbi inſimul magnitudo quæſtuum ſpectatur.

Documentum verò perfectioni, & ſecuritati innixum auro reſiſtendi eſt

eſt animum componere moderatione mediante, cupidine, luxu cœteriſque affectionibus penitus depulſis: his etenim nullatenus mentem expũgentibus quomodò auaritiam amplexabimur? nil eget qui omnium deſiderio caret: nec rerum ſingularitas appetitum commouet, vbi earumdẽ vniuerſitas à concupiſcentia excluditur; *Curius* Samnitibus dum Rapas in aſſuetam cœnam decoctas parabat aurum exhibentibus illud reſpuendo fermè reſpondit. *Auro non eget, qui Rapis, tanquam ſumptnoſis epulis contẽtatur.*

Auaritiæ abiectionem cõſequitur perneceſſè deliciarum neglectus: animo namque auaritię, & luxus catenis ſoluto iam voluptatum corruptela tam facilè prędominari nequit, quę

quæ ſanè pars altera eſt conſilij, quo nos præmunire hoc loco Author noſter intendit.

Abſit itaque, vt ſegniter Magiſtratus curam in luxuriam, & voluptatem vertamus: hæc enim, clamante Catone, impedit conſilia, & rationi inimica prẹſtringit mẽtis oculos, nec vllum habet cum virtute commercium; verum namque eſt, quod voluptuosè perpetratur malũ incipit à ſuauitate, ſequitur facilitate, relinquitur ægerrima difficultate.

Metuebat ſibi a voluptate T. Liuius, quam ab hoſte his verbis. *Non eſt tantum ætati noſtræ ab armatis hoſtibus periculi, quantum à circumfuſis vndique voluptatibus*. Et quem Militibus Annibalis decorem pararat pluribus annis militaris virtus, abſtulit

Dec. 2. Lib. 10

Capuæ

Capuæ vna hyems voluptuoſa. Voluptates ſiquidem Pantherę proferũt morem, quę diffuſo ſui odore cœteras trahit in exitium feras, & ſuauitate prolectas necat: Et ipſe Cato mortiferę alimonię nomine illas appellat, quæ præcellentes momentanea palatum dulcedine calamitatem comedenti, & mortem inferunt. *Plut. in Vita Catonis*

Quaſnam autem voluptates fas ſit indulgere Magiſtratibus ait perbellè Boccalinus, ducere nempè choreas cum Matronis Aulicorum eſſe, non Pręſidis, quod hæc nec debitę grauitati, nec maieſtati ritè copulentur; alea ludere Milites magis decet; Magiſtratum à curis, ſi non *Tiberium* ſequamur *negotia velut linimenta ferentem* ſubleuet hortus, grata ſtudia, venationes, & cum Sapientibus cu- *Relatio Par 41 Cent. p.* *Tacit. Ann. 4*

rioſa colloquia: verùm in iſta nequaquam animo tam impensè defixo, vt quod temporis per hæc teritur, Prouincialium cõmodo, Iuſtitię, ac iniuncti muneris officio detrahatur.

Iam te vſus ipſe profectò erudiuit, &c

EXPERIENTIA.

Cap. 10

EX Vſu Experientiam nanciſcimur, qui eſt alter ex modis, qui bus in tuto opera noſtra dirigũtur; Ratio enim, & Experientia animum deuinciunt, & cum ad rationẽ non quęlibet mens ſuaptè accommodetur, pſæpè enim imbecillitas noſtra nos ipſos fallit, idcircò ad veri-

tatem

tatem exquirendam ignobilior quidem, ſed tutior, ac facilior Experiētia eſt. *Longum iter* (ait Sapiens) *per Regulas, & Præcepta, breue & efficax per exemplum. & experimentum*, quod à caſibus prętеritis, hominibuſq; in praxi verſatis per nos capeſſendum eſſe conſulit penes Tacitum *Agricola* Pręſidi innuens Prouinciam noſcere, diſcere à peritis, ſequi optimos. *Seneca epiſt. 7*

Et verè ad huiuſcemodi experientiam ſuſcipiendam ineffabili prudentia Rom. Reſp. Conſules in ſuprema Magiſtratus ſede mero, & mixto imperio conſeſſuros per plures menſes antea deſignabat, vt quod medio tēporis inter deſignationem, & muneris ſuſceptionem intercurrebat ad internoſcenda prętеritorum Conſulum acta, exemplaque volutanda, ac ex-

perientia captanda perutili prȩuenti-one expenderetur.

Dupliciter tamen experientia ſumitur. Primò pro vſu nobis ex longȩua obſeruatione obuento, ex quo, vti à parēte regulæ proueniunt aſſiduo rerum motu accommodatȩ. Secundò pro cognitione, quam aſſequitur homo ætatis ſuȩ tempore ſucceſſiuè recurrente: & hoc modo Senes experientia vt plurimum ditati celebrantur; hæc ſecunda à prima diſſociata, regulariter insufficiens exhibet adiutorium; cum enim vita breuis, & caſus plurimi ſint, non poteſt homo aliјs prȩpeditus animum adeò intendere aduēientibus rebus, ut citrà erroris metum uſum, & experientiā protinus aquirat; circumſtantiȩ namque perſæpè eundē caſum diuerſȩ expeditio-

ditionis remedium exigere faciunt; & cum bonum à natura imbecillime non dignoſcatur niſi comparatione mali ad hoc, ut ordinem congruentē in negotio uſus demonſtret, prius ordinem irregularem, ſeu non ordinē committimus, itaut prę inualitudine noſtra, quaſi antea deſtruere cogimur decepti, exinde poſtmodùm facti oculatiores ex comparato defectu congruenter adſtruere diſcimus.

Vtraque propterea experientia, ſcilicet quę ab ætate, & quæ ab obſeruatione emanat requiritur, illa ab accidentium experimento; hęc ab Hiſtoriarum lectione, ac Sapientum geſtorũ obſeruatione deſumpta: nec ab hiſce excluſus reputatur Iuuenis, quia, ut quidam monet, poteſt quis æquè benè eſſe annorum adoleſcens,

& horarum ſenex plures expendendo in ſtudiorum, & librorum la ore, ex quibus duo ſaluberrimi effectus proveniunt, dum primò ad ſuimetipſius moderamen, ſecũdò ad ciuilium actionum directionem eruditur homo, iſtæ nempè prȩteritorum exemplo faciliùs, & feliciùs expediũtur; cognito quippè prȩterito, meliùs futurum prȩvidetur: idcirco Prudentia, quæ ad vtrumque ſpectat, meritò Hiſtoriæ, & obſeruationis filiationem ſortitur, duobus antiquitatis luminaribus ſolìus experientię, & uſus axiomata frequenter in ore verſabantur, quales *Lycurgus*, & *Solon* ambo venerandi Legislatores fuerant.

Adeò lata, & patens eſt experientiæ ſchola, ut etiam quilibet poſſit ſui ipſius operibus æquè ſufficienter in-

inſtrui; certũ eſt enim, quod ab experientia quæ contingit ex noſtris operibus emergunt vberrima ex præterito pro futuro documẽta. Meminiſſe iræ prȩteritæ quale ſimus dettrimentum paſſi ab eius œſtu, & inſano furore in prȩceps nos agente, dum memoria recolimus meliùs ex facto teterrimi erroris patȩſcunt deformitates, quam ex monitis, vel Ariſtotilis, vel Senecæ, & ſic aduerſus eius occurſum apprendamus nedum quid ſtatuendum, nec perloquẽdum, ſed prȩſtolari nos nobis reditum rationis ob iram exulantis. In anteactis occaſionibus, qui proprij ingenij errata dignouerit ipſum diffidentiȩ, vel inſcitiȩ Reum cenſebit in poſterum, & cauebit attentiùs ne ad vlteriorem conſultationem recipiatur. Qui per-

maturè ſcrutatur quas iacturas effrę-nis luxuria attulit , quas auaritia , quas ambitio , quas ſcurrilitas, quas vaniloquium , meherclè in poſterum illarum hortationes tanquam Sirenæ cantum obturatis auribus efugiet ; & queadmodum ait quidam licet ex *Cæſaris* vita frequentiores actus habeātur ampliori contemplationi , quam à priuati hominis geſtis : tamen quia de operibus proprijs quilibet eſt opulentior inſtructus illa volutādo ,& expendendo efficaci modo uſum ,& experientiam conſequitur ; accidentia namq; quę nobis contigerunt vel boni, vel mali animos noſtros acutiùs , quam aliena percellunt, & excitant.

Eia itaq; experiētię , & vſui in nos ipſos, & alios defixa mente ,& intento ſtudio operam demus , ut ex his e-

ruditi ſecuriori via ad virtutem dirigamur.

Legatos habes, qui ipſi per ſe habituri ſunt rationem Dignitatis tuæ, &c.

OFFICIALIBVS.

Cap. 11.

SOlerti Agricolæ ſicut validę manus, ita probi Officiales miniſtrant Magiſtratui; etenim licet quid, & quando ſit ferendum mente teneat ſi non ſollicitè, oportunè expediat opus prępedita manus, nec artis valebit agnitio, nec expetiti incaſſùm fructus menſura adimplebitur. Optanda ſummopere miniſtrātium fides, non auro, non cupiditati-

-bus, non gratia corruptibili; & quẽadmodum ipſi ad commune nobiſcũ opus aſſumpti parati in nos debentur obſequio, ita eorum iura, & dignitates ſunt inuiolata ſeruanda, tam ex iure ipſis fauente, quam ex ratione decentioris noſtræ directionis expediendæ cõſilio, & auſpicio, non proprijs tractandæ manibus.

Qualis autem eſſe debeat hominis qualitas pro huiuſce miniſterijs explendis, abſit vt aſſentiamus indicationi, quam impiè fecit hetruſcus Secretarius verſatilem ingenio, ipſúq; ad omnia induenda accommodatum etiam crudelitatem, infidelitatem, & ipſam ferocitatem; nec minus alteri quã Tacitus facit de Seiano *Corpus laborum tolerans, illi animus audax, ſui obtegens, in alios criminator, iuxta* Ann. 4

adu-

adulatio, & ſuperbia, palam compoſitus pudor, intus ſumma adipiſcendi libido, eiuſque cauſa, modò largitio, & luxus, ſæpius induſtria, & vigilantia.

Nec alij conſimili, quam de *Sapore Rege Perſarum* pandit Ammianus Marcellinus; cum ſibi cõduceret humilis, aut elatus, nec minus vniformi de *Licinio Mutiano* per Tacitum confectæ: luxuria, induſtria, comitate, arrogantia, malis boniſque artibus mixtus nimię voluptates cum vacaret, quoties expedierat magnæ virtutes palam laudares ſecreta mala audiebant: ſed apud ſubiectos, apud proximos, apud collegas varijs illecebris potens: *lib. 28.* *Tacitus Hiſt. 1.*

Minus etiam perſimili de *Veſpeſiano, & Tito* eius filio Tribuni, Centurioneſque, & vulgus militum induſt-

ria

ria, ſcientia per virtutes, per voluptates, vt cuique ingenium adſumebatur; provt nec etiam aliæ de *Tito Vinio* prauus, aut induſtrius eadẽ vi, ſicut animum intendiſſet.

Hæc enim morum mixtura in corpore humano ſui natura ad malum prono inſidens, velut in ouili morbida pecus totum corrumpit, ita inter virtutes vnicum vitium, ſi non vitioſos apparentes reddit, quinimò eas obtenebrat; ac propterea ad publicę vtilitatis munus nullo modo admittenda eſt vitioſa miſcella. Induſtriã quidem, vigilantiam, & ſolertiam à ciuili honeſtatę non aberrantem exoptemus, ſed horum fundamentum potius probitas ſimplex, ſinceritas ĩcorrupta, quam callida ſagacitas, & effrœnata ad omnia promptitudo de-

liga-

ligatur. Parem propterea Miniſtrū Principes negotijs exquirunt neque ſupra; ſolent namque nil minus odiſſe vitia, quam eminentes evitare virtutes: vel quia ab optimis periculum ſibi, vel à malis publicum dedecus metuant; verum eſt enim *Henricum* III. Regem Francum *Villaregium* ſuorum olim arcanorum participem ab Aula ſubmouiſſe, quia cognita acri eius verſutia intimos ſuos ſenſus moleſtiſſimo timore ſuſpicabatur exploraturum, & ſubſtitutis *Ioioſa*, & *Epernone* tutiorem, ac fideliorem famulatum ab eorum mediocritate in ſe excipere profitebatur. Tum etiã quia à perſimili ingenij flexibilitate coſtãtior obedientia exſurgit: Domini enim volita commentationes non admittunt, niſi ab acri, & firmiſſima

ex-

exequẽtis experiẽtiſſimi mente; quapropter Veneta Reſp. Oratores ſuos *Bonum*, & *Gizzonum* carceribus mulctauit, quia ea qua decebat cœca obedientia mandatis in Conuentu Viennenſi non obtemperarunt: ſed cõmentatione interiecta ſubtili diverſificatione, inſano cõſilio permutarũt.

Nann. Hiſtoriā Veneta

Ea imperandi conditio eſt, vt Miniſtri obedientia citrà curioſitatem aſſumpta obtemperent, nec rationẽ quærant, neque ſcrutentur vlterius: Principis enim dicta pro legibus, facta pro exemplis, placita pro ratione ſtant; & licet in ratione maieſtas fundetur, non tamen rationem reddere tenentur.

Sit ergò talis conditionis Miniſter vt fides, probitas, obedientia cęteris virtutibus ſupereemineāt, & adinuen-

uenta ingenij prçcellentia ad meliorem quærendum non moueat, quia ipſa vel extremo bono, vel extremo malo adhæret; & tamen publica directio nil habet magis deteſtabile extremo ſemper, & omninò vitioſo.

Honoretur inſuper vti ſocius in munere, vti Amicus in Fortuna, vti Diſcipulus in eadẽ virtutis ſchola, nec quid minimũ, vel dignitatis, vel honoris detrahatur Plinij monitu qui in Traiani encomijs illius moderationẽ extollit, quod cum maior eſſet omnibus ſine vllius diminutione eſſet maior, eandem enim authoritatem præſente quiſque, quam abſente retinebat.

Si verò quis prauus Officialis reperiatur, non ideò ludibrijs exponẽdus quem pœna afficiet ſanè minus, grauiùs

uiùs autem noſtram dignitatem, & veluti membrum noſtrum eidemmet conſocium oblędet: at pręſtabit ſecretò admonitu corripere, vel demũ vt peruicacem, & proprij muneris obliuioſum abigere.

Sed quantum ſit in quoque fides, tantum cuique committere. &c.

FIDE OFFICIALIVM.

Cap. 12.

HOmini fidei corruptibili benè quadrat commendatio, quam habet de Viro pręclaro Guicciardinus; extollit enim ipsũ laude ſolertiæ, eximiæ ſagacitatis, excellentis conſilij, eloquẽtiæ diſer-

Hiſt. lib. 1

tiſ-

tiſſimæ, promptitudinis in maxima, ac miræ dexteritatis; cum è contrà nullam his correſpondere fidem, nullam pietatem, nullam verecundiam fateatur: execrabile porrò encomiũ, commendatio deteſtabilis, alteri pſimilis quã ſolebat vnus ex huius ſæculi Principibus erga quemdam Romanæ Curiæ Iudicem appellãdo omni quaque virtute inſignitum, cui nil niſi Iuſtitia vel ipſa defuerat: virtus, ſicuti bonam mentem non egreditur, ita prudẽtia, ſolertia, ſagacitas, quę huiuſmodi inſunt Viro Virtutis nomẽ dedignantur; non enim ſtat ſine fide Virtus, & nuſquam dicetur fidelis, & ſolers, quem fraus regit, ſed callidus & fraudolentus erit habendus.

Dum itaque Author noſter monet fidem in Officiali exoptandam eſſe

integritatem intendit amplectendā: ſed & ea reſpuenda cuncta, quę in cōſulendis nudæ tantum, & futilis apparentiæ cortice violata veritate homines irretiunt; iſti enim iuxta Doctorem Gentium à veritate aberrantes ſanam non profitentur doctrinam.

Plures autē infidelitatis ſunt ſpecies, inter quas verſutia, quæ eſt ſcientia à iuſtitia, & veritate remota ex qua prudentia & corruptio, ex qua ipſa fides labefectatur; proinde nulli dubium erit calliditatem longè differre à prudentia: prudētia enim non niſi honeſtiſſimis medijs ad optatum, ac propoſitum finem intendit: ſecus calliditas, prout *Villaregius Hērico* III. Galliarū Regi dicere ſolebat inopinatis adinuentis, reconditis formis, anxia mēte, honeſtate minimè

ſpect-

ſpectata quod vt ille tantum ſit è longinquo proſpicit, idcircò dici poteſt quod callidus tortuis oculis in negotia intueatur, & ictum contrà proſpecta dirigèdo nonrarò fallitur, aud iciori nixus pręſumptione per ſuas ſe poſſe fraudes decipere quemuis, à quo lõgiſſimè diſert prudentia, quę ſola virtute, & honeſtate duce trita, ac tuta graditur via. Italicum Idioma egregiè talem fraudatorem non minus ſuo Domino, Principi, quàm ſibi ipſi infidum deſcribit appellando vocabulo ſanè accommodato *Raggiratore*. Oh' quam benè D. Gregorius differẽtiam exarat inter ſapientiam, & calliditatem, *huius mundi* (ait) *ſapiẽtia eſt cor machinationibus tegere, sẽſum verbis velare, quæ falsa sunt vera oſtendere quæ vera ſunt falsa demõ-*

ſtrare: at contrà ſapientia Iuſtorũ eſt nil per oſtenſionem fingere, ſenſum verbis aperire, vera vt ſunt diligere, falsa deuitare, bona gratis exhibere, mala libentius tolerare; quam facere.

Et tamen (proh ſeculum!) quod exinde accidet inf..nſiùs eſt, quod ãtedicta propagata, & patens infidelitas videtur nacta æſtimationem apud homines adeò, vt nulla hodie ſchola magis culta habeatur, quã iſta olim *Seiani*, *Tigellini*, *Titi Vinij* ſceleſtiſſimorum fraudolentæ prudentiæ cultorum, ac ſi vnus in foro conſpiciatur huius nefarij ſtudij curioſus homo ad ſunt protinus multi qui hoſce induãt corruptos mores: vnde *Henricus* III. *Villaregio*, *Chinoruio*, & *Burlarto* Aulę Præceptoribus conquerebatur, quę ſanè corruptela ijs expuſtulat in qui-

bus deſſicit, aut reluctatur fides, vel fortunæ impēſiùs amor exuberat quã virtutis; à ſolidiſſimo enim fidei, & virtutis fundamēto nonniſi ſana prudentia conſurgit.

Nuſquam autem calliditas etiam labe fraudis tolerata veræ prudentiæ vices poteſt explere: exemplum tradit quidam de *Aleatore*, qui fraudolēter aleas componit, & tamen perſæpè ludum benè non cõplet; adeo vt ars ſua non aliò reſpiciat niſi ſolũ vitium: & quidē ab homine callidè negotia pertractante facillimè concluſio negligitur, circa illam enim parũ intendit, cum tergiuerſationibus, & fraudibus intentus ſolida fundamenta deſerit ſuorũ negotiorum molem conſtruēdo Palatio conſimilem atrio & ſcalis peramplis ditato, ſed cubi-

culis vacuo, & cum fallere alium nitatur ſæpiſſimè negotium perdit.

Fidem propterea rationabiliter exoptat, & integritatē Autho noſter; prudens enim aduertit ad greſſus ſuos, ſtultus diuertit ad dolos; cum in Republica nil damnoſiùs callido homine pro prudēte reputato, tali quippè errone a æſtimatione bona fides perit, & virtus.

Cum mores ad nimiam lenitatem incubuerint, &c.

LENITATE NIMIA.

Cap. 13.

MAnſuetudo morum cum ad nimium protendit ad illam ſo-

ſocordiam inducit, quam deſcribit Tacitus de *Claudio* cui non odiũ, non amor erat niſi indita, & iuſſa; ſéſuſq; lethargo correpti nimiã pariunt vel facilitatem, vel lenitatem, quam increpare Author noſter intendit, quæ nedum nos extra hominum æſtimationem transfert, ſed cõtemptui publico proſtituit, & omnibus ianua pãditur ad mala trahentibus, penes ſimiles mente infirmos, & corde imbecilles maiore prẹmio, minori periculo peccari Cõminẹus hominis imperiti, vel inepti dominiũ Peſte, Bello cẹteriſq; commoti Numinis flagellis peius aſſerit ea fretus ratione, vt quot Serui, quot Miniſtri, quot iniqui Aulam frequentant, vt potè timore immunes, audacia prẹpotẽtes tot Dominationis raptores correptoreſq.

reſq; in Iuſtitię dettrimentum conſpiciuntur.

Similis viri dominium vt potè Subditis graue à ſacris etiam literis incuſatur infelicem vocando populum, cuius Rex Puer erat; à reuerſo enim per nimiam facilitatem in puerorum naturam nil boni conſequimur, vti deſtituto ſolido fortitudinis fũdamẽto, quo etiam Iuſtitia ipſa nititur Cõſtantiæ, & perpetuitatis, quarum incapax eſt, quem puerilis lenitas in promptum dilapſum adducit, vt plerumque etiam turpia, & indecora, ſeu inhoneſta petẽti cor tantam fortitudinem non ſuſtineat pro negando aſſenſu: & tamen *Henricus Cardinalis Caietanus* impoſſibile Dominij exercitium ſtatuebat, cui potentia, ſciẽtiaq; negandi defeciſſet.

Eccl. x

Boter. Apoph. parte 2. lib. p.

Ve-

Verum eſt tamen, quod vti excellens eſt ars, & ſcientia negandi, ita tãquam Iuriſdictionis conſors eſt neceſſaria; cum oporteat negationis amaritudinem aliqualis dulcedinis tẽperamẽto conſperſam exhibere. Iſtius fuit experta Magiſtra *Catherina Medicea Galliarum Regina* ea cautione, vt indebita, vel impoſſibilia petentibus, alia in propriæ gratificationis ſpecimen offerret.

Altera etiam eſt cautio, vt Prętẽdenti alium paris gradus & claritudinis id pſum implorantem competitorem indicemus, ita *Vrbanus* VIII. *Pont. Max. Raynaldum Principem Ateſtinum* è Cardinalatus fulgore ſubmouit *Lantgrauij de Aſsia* concurſu oppoſito fauorabili vtriſque pariter *Cæſare*: prout etiã *Gallicæ Claſsis* tranſitũ

per ſui Dominij Prouincias denegarunt Veueti præuia *Hiſpani Regis* eadem inſtantia; quod vtriſque conceſſiſſe non tatum, nec vni tantùm fas, & decorum eſſet: meritò igitur ambo eo tranſcurſu interdicti.

Alio modo Negatiua ipſi conceſſioni complicatur adiecta intolerabili conditione, exemplo *Henrici* III qui catholicum fœdus Regię ſuę Authoritati obuerſum amplexus quidē fuerat, ſed iniuncta petitione impoſſibili ingentis ſummæ pecuniarum.

Sicuti & Tiberij imitatione, & cuiusdam ſupremę Curię veterano more, qui vice explicitæ negationis lōgis temporis tractibus, & varijs circuitibus implicitè alteri remittendo velut innocenter negabat. Vt Pannonicis Legionibus plura eſflagitanti-

Tacitus Ann. 2

ti-

tibus reſpondit *Tiberius* acturum ſe apud Patres de poſtulatis earum, hac arte nec concedendo, nec negando cunctabatur in menſes.

Demùm Negatiuæ amaritudinem verborum dulcedine contemperandam docuit penes Tacitum *PHarſamenes Caſperio* ambiguè propalam incerta, & ſæpius molliora reſpondens.

Hæc igitur digreſſiuè dicta continere Magiſtratum valeant à largiori lenitate, iuxta magni Taciti dictum his verbis. *Authoritate languente exponi rem omnium contemptui, neque iubēdi, neque deuitandi eſſe locum, in conſiliis verò inconſtantiam, in promiſſis facilitatem, & eandem in rettractando leuitatem, vt quod vni fuerat conceſſum, alteri non negatum.*

Videat Præſes à ſemetipſo dedecus

cus iſtud, quod vt effugiat firma negatione euitare fas erit quicquid proprio decori, vel Iuſtitiæ, vel Reip. vtilitati aduerſum eſt; conſilj tamen non immemor Plinij, quod negare ita deceat, vt quaſi grati agere vel cogantur gratias qui impetrant, non autem amarulenti audeant conqueri quibus negatum eſt.

Reliqua quę erronea facit *Lenitas nimia* inferius adnotabuntur *in Cap. de Clementia*.

Tertius hic Annus habeat integritatem eandem quam ſuperiores, cautionem etiam diligentiorem, &c.

PER

PERSEVERANTIA.

Cap. 14.

ACRI Principio malè reſpondet incurioſus Finis; etenī cum initio honeſtum opus ardenti animo expetitum aſſumimus ſi diligētia quędam aſſocietur vulgaris, & obliuioſa à noſtro intento fine fruſtramur ſæpiſſimè pudenda pręuaricatione, quod proculdubio in cauſis euenit inconſtantia, & vitijs permiſſis, vt palam infra ſeorſim fiet.

Tepeſcit enim perſæpè prior illa feruens diligentia, vel ex incuria, vel ex mutabilitate, vel ex morum corruptione, aut ex gratia, aut odio, populariue contraria garrulitate, iſtorum verò nullam commendabi-

bilem adferre valet mutationem.

Quandoquidem incuria velut otij voluptatiſue germen eſt à ſe ipſa dãnabilis, adeò vt pluribus argumentis non egeat ipſius exprobratio: indicium namq; illud ſufficit vnũ, quod nõ virtus, non fortitudo opus cœptũ inſtruxit; ſed vel fortuita occupatio, vel vt Valerius ait vana apparentia
Lib. 3 Cap. 8. conſtantia, & neceſſario amore deſtituta malam mentem in tumorem extulerit tam inanem, vt detecta poſtmodum quæ latebat interna macula totam illam boni operis adulterinam, & ſuperficialem pompam dehoneſtet, atque corrumpat.

Mutabilitas ququę, ſeu leuitas nedum animum arguit à fortitudine ab errantem, ſed quid gloriæ primęuus ardor intulit praua mutatio deſtruit,

&

& principiorũ acres inſultus non impulſum bonæ mentis prẹſeferunt, at ſimulatos vigilantiæ affectatæ conatus. Morum corruptio pariter, ſeu cupiditatũ violentia, auri potentia ſi recti inſtituti mutationem intrudant, vt commaculant Iuſtitiam, & ipſi oppugnant, ita impoſſibile eſt vt eadẽ tam ſceleſti ſocietate copuletur.

Gratia pariformiter, ſeu odium prædilectionem erga æquitatẹm perneceſſe habendam excludunt: & gratia prẹſertim quæ publicum, & benè ſuſceptum in regẽdo inſtitutum corrumpit: ſic odium à quo viget vindictæ prurigo, ac ſacrilegá prẹuaricatione ſacroſanctæ intentus Iuſtitię in priuatæ affectionis vlciſcendæ cõmodum aſſumitur; quo vt ait ſapiẽtiſſimus Senat. Nannius, nedum iniqui,

ſed

jedetiã incauti, & inepti animi peculiare eſt.

Rumor deniq;, ſeu popularis garrulitas nunquam aures ſapientis viri momorſit: ſtultum namq; reputat Boccalinus quem ingruẽte æſtiui caloris rabie obſtrepantes cicadas itineris ſui quietem expungẽtes ſigillatim necãdas expedire autumat, dum indurata aure gradiendo ab illa moleſtia faciliorẽ expeditionem habet; & qui à propſito themate populi garrulitate commouetur *Fabij Max.* encomia reſpuit: illum etenim nunquam Plebis, ac ipſius Senatus querela à propoſita contra *Annibalem* tarditate dimouit; & tamen ſi mentem flexiſſet victoriam, quam tam clarè adeptus eſt ex hoſtium clade non foret quippè conſequutus; & *Archydamus*

Rel.100 Cen. p R

Plut in Vita Æmilij & Fabij

mus. Spartanus commendatur, quod nec adulationibus pruriri, nec dolere ex populari rumore vt à propoſito deſiſteret: & memoratus *Fabius Æmilio* ad bellum gradienti inquit, *duobus Ducibus reſiſtēdum, non minus videlicet hoſtium potentiæ, quam famæ, rumoribuſq; hominum*; mallens in dubio illum ſapientem hoſtem metuere, quam ſtultos ciues laudare, cui etiam familiare erat dictum, *ignobilem formidinis ſpeciem eſſe facetias, & Plebis garrulitatem timeſcere*; quę penes *Alcibiadem* forſan pręcellentem ſuæ vilitati locum occupabat, dum perpulcrum canem, & maximo pretio coemptum auriculas, & caudam reciſum deformauit, & per vrbem dimiſit, quò de huiuſmodi nouitate populi colloquia vnicè occuparentur,

vt

vt & impunè aliud quoduis eiuſdem *Alcibiadis* geſtum optabat popularis rumoris immune. Abſit vero vt tam leui de re quidquam agamus; ſpernẽda venit vt exoleſcat, nec ea iraſci ne adgnita videatur.

Maneat itaque in æquo imperterrita conſtantia, quam non ſinat tepeſcere incuria, non variari mutabilitas, non corrumpi auaritia: nec rumor deflectat populi, ſed exemplo preclariſſimi *Cardinalis Cybo* inconcuſſa, & æquabilis perſeueret; *Flaminiæ* enim præſidens publicæ in primis quietis acriter ſtudioſus, ſummũ rigorem cum pia æquitate tam bellè tam conſtanter compoſuit, vt abſit, quod vel tempus, vllave ex recenſitis cauſis obniti, & à recta methodo deflectere ipſum valuerit; quinimmò

gratia

gratia, auro quocunque, Principum que fauoribus penitus vanis, ſed profligatis ſceleribus in incœpto vigore perexit, & ſecurior pace æquabilem, & incolumē librauit, ſeruauitq; Iuſtitiam.

Sint aures tuæ quæ id quod audiunt, exiſtimētur audire, non in quæ ficte, & ſimulate quæſtus cauſa inſuſurretur &c.

AVDIRE, NON CREDERE.

Cap. 15.

AVDIRE ſummum eſſe in adminiſtranda Repub. negotium expreſſit qui Principis, vel Iusdicentis corpus, vti non naturæ, ſed Ciuilis Prudentiæ Monſtrum præfixit, cui membrum nil aliud

inſigniori forma pollebat, quam au-ris; ex auditione enim ſciētia proue-nit, ex ſcientia remedia quibuſcunq; obuenturis tempeſtiuè accommoda-ta, quæ in minimè præcognitum ferri non poſſunt, & ſicut perſępè *homini nocet eſſe locutum*, ita nunquam audiuiſſe nocebit, cum ad hoc (teſte Zenone) à natura vnica lingua duabus auribus Animantia donata ſint.

Omnia itaque ſcire licet, non omnia exequi ad quod apprimè facit numerus *Exploratorum*, quos apellabat Tiberius *Legum Conſeruatores*, licet ipſe exoſa, truciq; feritate in necem Ciuium, & Tyrannidis teterrimæ operimētum commodo eiusdem abuteretur. At *Sixtus* V. P.M. ſaniori modo vtebatur ijsdem ad nempè Iuſtitiæ cultum, ad firmiorem ſucceſ-

Tacitus An. 4

ſorum

ſorum notitiam, ad ſecuriùs exquirẽdam Magiſtratuum tùm diligentiam, tùm rectitudinem, adq; diſciplinam inducendam ſeueriorem, ita vt & ars quęlibet, & Procerum quęvis domus delatore ad Principem non carebat.

Pręter exploratores ſummè quoq; conducit facilem ad ſeſe aditum cũctis pateſcere ad ſingulorum notitiã, nec à Tribunali, nec à Cubiculo ipſo quemquam excludi: ſed lubenter vltrò admitti; proinde Valer. Publicla nedum cliẽtibus, verum etiam viliſſimis perſonis ad perlongam, repetitamque allocutionem admiſſis Aquiliorum coniurationem pro reſtituẽdo Rom. Regno Tarquinijs ab Vindidij admiſſo frequenti acceſſu pręſenſit. *Plut. in Vita Public.*

Sic nuperrimè *Ferdinandus* II. *Magnus Hetruriæ Dux* (Princeps cui ad

veram prudentiam abundè plura aſſlauit Deus)à Nobilium, à Mercatorum, ac infimarum perſonarum allocutione cum prolixa auditione, ſermonis lenitate, & variarum digreſſionum prolectamento tantam ſibi expiſcari ſolebat notitiam, vt eorum vnuſquiſque Principis tanti coram fulgore quęcunq; ſecretiora fouerent & abdita circa res, tùm publicas, tũ peculiares palã eructarent; id quod tantam ſolertiam demiranti mihi verè teſtatus eſt nobilis, & prudens vir eiuſdem olim Principis intimus Cubicularius.

Audire idcircò, perquirere, interrogare eſt Magiſtratus peculiaris, ac fructuoſa cura, circa quam Cato execratione pmiſſa in militem plus pedes, quam manus exercẽtem ad Magiſt

giſtratum denuò eandē retorquebat, ex eo quod plus lingua, quam auribus uteretur.

Verùm quemadmodum ſcire, & exquirere attentiſſimi eſt, ita ineptiſſimi quæ audiuntur omnia credere, ac exequi, & horum loco ſuppetunt quæ ſupra *de nimia lenitate* monuimus, ne *Claudianam ſtoliditatem* imitemur, qua pudenda credulitate ad pœnam cōtra *Valerium Aſiaticum* cōuolauit, nil vltrò ſcrutatus, ſed tantùm verbis accuſatorijs nixus ipſum tanquam prȩcipuum interficiendi *C. Cæſaris* Authorem non extimuiſſe Concionem Pop. Rom., gloriamque facinoris vltrò petere, quibus licet falsò euulgatis, parte inaudita eundem *maximæ Capitis diminutioni* tradidit.

Faſces, & Secures Dignitatis inſi-gnia, quam Poteſtatis ſint, &c.

METV INFLIGENDO, NON POENA.

Cap. 16.

In Problematis

CIrca Faſcium qualitatem, ac ſignificationem egregiè diſſerit Plutarchus; inſeruiebant enim ad oſtendendam Pręfecti, vel Conſulis authoritatem, ac potẽtiam pręuia diſtinctione inter Iusdicentem poteſtate gladij, qui in Faſcibus Scurem includebat, & alium inferioris potentię, qui ſolis ligneis virgis abſque ſcure vtebatur. Huius verò ornamenti ſignificationem pariter explicat idem Plutarchus, ex

tem

tempore enim, & mora, qua Faſces ſoluebantur explicabatur Magiſtratũ feſtinanti ſollicitudine ad ſentẽtiam non ruere, ſed matura ponderatione anteacta pacato animo id peragere debere; prout etiam lignee virge, & ſcuris primò dulciorem, & poſtea p-durato animo in malo ſeuiorẽ pœnã explicare; hìc autem Author noſter commonere nos vult, quod ſicut in iure dicundo ſeueritas requiritur, ita perſæpè miſericordia, nec pœna ſemper in coercẽdis delictis, ſed pœnitentia contẽtari, cogitare vitia fore donec homines, Mundum eſſe in quo viuitur, non Cœlum; & preciпuè vbi Reorum pluralitas interuenit ſacre ſcripture documento paucis pœnam cœteris multitudini parcẽdo veniam accommodare. *Reg. 2 Cap. 18*

Præclarum huius documenti exẽplum tradidit matura, & prudentiſſima moderatio qua *Laurentius Cardinalis Imperialis* Firmanorum Reatum plectendum ob *Vicecomitis Gubernatoris* interfectionem ex Pontificia cõmiſſione proceſſit, qui ad pœnã horrendi ſceleris delectus Militum, & aliorum Armatorum copijs ſuffultus ab Vrbe confeſtim Tolentinum verſùs digreſſus eſt; hinc tam lento proceſſit pede Firmum, quę via vnius eſt diei, vt ſanè tres inſumpſerit cunctãter ad locum delicti, & ad ipſam punitionem proueniens ſeuero vultu, & acerrima increpatione minax tanta mora ſtudioſè interiecta donec maior Reorum pars ſe fuga obtegeret; perpaucis tantumodò ex multis internetione ſublatis.

Me-

Metum idcircò reuerentialem erga nos imprimāt Dignitatis inſignia, nec tota poteſtate vtendo vſu liberali mitis Iuſtitiæ, ac Miſericordiæ fines egrediamur, memores, quod hi, qui verborum ſtrepitantium furore toruo, ac minaci aſpectu furcas, & ſupplicia perpetuò crepantes metum incutere intēdunt, vel neceſſaria iucunditate abnegata Remigibus, non Ciuibus regēdis aptiores redduntur, vel Populorum, & Principum odium excipiunt; *Bocchesinum* enim *Trino* à *Franciſco Mantuæ Duce* Prefectum dū faſtum perſimilem induit, ac metum gemebundum hac acerba duritie exquirit, excuſſo obediētie debito Prouinciales moleſtiſſimo tedio affecti eijciere. *Boccal. Ral. 41 Cent. p* *Poſſeu. H ſtor. Monfe.*

Omnibus ſit cognitum tibi omnium qui-

bus

bus præſis ſalutem, famam, fortunas eſſe cariſſimas.

AMORE IN SVBDITOS.

Cap. 17.

OH' quam benè Author noſter noſtris operibus ſuadet Amorem? cum enim Magiſtratus cura in populi commodum ſit intenta inanis eſt cum eam deſerit Amor; ſapiẽtiſſimus *Pater Senò* in *tractatu de vſu Paſſionum pp. c. p.* Amorẽ tam bono, quam malo perpetrando ſuprema ſede imperantẽ cœteris ſtatuit, ea quidẽ efficaci ratione, quod ni Virtus ametur, via ad illam non quæritur, & difficultates, quæ eius conſecutioni obſiſtunt nequaquam de-

deuincuntur, nec ſenſus occurſantia certamina expugnare valemus; quẽadmodũ ſi Iuſtitia non diligitur, non excolitur, ac media ad eam perducẽtia nec exquiruntur, nec oblata tentantur, D. Auguſtinus Amoris prępotentiam ſuo promptiſſimo ſtylo decantat. *Nullo modo ſunt oneroſi labores Amantium; ſed etiam ipſi delectant, ſicut venantium, piſcantium; intereſt ergò quia quid ametur, nam in eo quod amatur, aut non laboratur, aut labor amatur*; & ſacra Scriptura Amoris imperium tã deſcribit amplum, vt nullo fine conterminatum illud ipſius Mortis immenſum æmulari valeat, *Fortis vt Mors dilectio*; cui D. Auguſtinus ſubiecit. *Magnum verbum! Fortis vt Mors dilectio: magnificentius exprimi non potuit fortitudo Charitatis,*

In Pſal. 121

Pſalmo 121

quis

quis enim Morti reſiſtit? Ignibus, Vndis, Ferro, Poteſtatibus, Regibus reſiſtitur; venit vna Mors quis ei reſiſtit? nihil eſt ea fortius, propterea viribus illius æquiparatur Amor.

Amor propterea actiones dirigat, quia eius ſuauitate pfuſi labores quoque, & curæ, quas erga populorum beneficia impendimus, & ſuaues, & lenes, & vberrimè vtiles futurę ſunt: cum ſit impoſſibile (aſſerēte Iſſocrate) hominem cuſtodire nedum ſocios, & ciues, ſed nec Animantia ipſa pecudũq; ouilia dum delectatio abſit & Amor; ea propter *Cyrus* diffidebat Officialibus, qui inſeruirent coactè, & domeſtica experiētia docet nemini eſſe vtilem famulatum ægrè, & inuito obtemperantem.

Or. de Rep. adminiſt.

Deinde cum Animus noſter quatuor

tuor potiſſimùm affectionibus ex Plutarcho exagitetur: *Reminiſcentia*, *Cogitatione*, *Senſibus*, *&* *Amore*, ad opusque excitetur, ita ut quoties in obiectum aliquod intẽdit earum aliqua, vehemẽntiã patiatur, ulla ex iſtis plus congruit Magiſtratui, quam ipſe Amor, & cum reliquę ex mẽtis diſcuſſione aliquale certamen ſentiant, ſolus Amor promptè, & placidè abſq; contradictione conſurgit; ac propterea (vt Solon aiebat) prò Iuſtitia excitanda optimus eſt, cui inſociabiles ſunt turbationes, & bella. *In vita Solonis*

Deſeramus ergò eorum inſtituta, qui atroci *Domitiani* Schola eruditi Pop. Rom. caput ſi vnicum foret amputare non verẽtis Prouinciales, quibus prę ſunt vel paruipẽdunt, vel terrifica truculentia ſpernunt, vel alio

modo

modo odij proprij ludibrio exponũt; hi namque non Cuſtodis, non Præſidis nomen, ſed acerbi, & infeſtiſſimi hoſtis, ſeu carnificis merentur: optimi *Germanici* procul exemplo, qui *Græciam* perluſtrando, vt *Græcis* fa-
Tacitus uorabilior agnoſceretur, depoſita
an. 2. Romana veſte *Græco more*, pede denudato perambulare non fuerat dedignatus.

Familiæ grauis, & conſtans diſciplina, &c.

FAMVLIS.

Cap. 18.

SEuerus Cecina, qui *Leges Oppias* Vxoribus ad regimina cum Maritis commeantibus diſcipli nam

nam imperantes renouari curauit adeò vt etiam repetundarum actione tenerentur, quam benè ad Familiares, Seruos, & Lictores publica vtilitate ampliaſſet, itaut Præſes ipſe eorumdem errorum pœnam luere teneretur: ſalutaris ſanè lex eſſet; cum enim in ædibus Superioris Iuſtitiæ obtentus auaritiam, faſtum, furtum, & rapinam in correctionis ſalutaris, & diſciplinæ loco conferre ſolent, Iuri conſonum eſſet, vt ipſe etiam repetundarum prò ſuis obſtringeretur. Verùm vbi leges deficiunt propria cuſtodia, & prudentia ſubintret, & Dionis *Auguſtum Cæſarem* alloquentis monitum aureũ quidem paratam recipiat executionem. *Libertorũ* (inquit) *vnum, Familiarium optimum quemque in honorem habere oportet, quia* Lib. 52 num. 5

id

id, & decus tibi magnum, & ſecuritatẽ afferts; nulli nimia eſt indulgenda potẽtia ſed ita moderandum omnibus, vt ne in quam reprehenſionem te conijciant, nam quæcunque vel recte, vel ſecus egerint, omnia tibi imputabutur, talemq; te omnes iudicabunt, qualia eis facta exercere permiſeris. Perutilis lectio memoriæ commendanda, executione inuiolabili ſeruanda, tam lato ſalutaris doctrinæ rudimento ditata, vt nobis in præſenti adnotatione vlteriorem locum non relinquat, itaut *Auguſtus* ipſe ſuo exemplo illam comprobarit, referente Suetonio, quod *Seruos*, & *Amicos* ita magnos, ac potentes in Ciuitate eſſe voluit, vt tamen pari iure, quo cœteri legibus iudiciarijs æquè tenerentur.

Verùm Familiarium electio eſt quę

cor-

correctionem non deſiderat ſi bona ſortiatur; licet commune ſit vitium, neceſſitate ceſſante, gratiam ſolam, & alienum fauorem non Candidati qualitates, nec virtu tem in Famulorum, ac Miniſtrorum delectu ſcrutari: quod oculari teſtatur experimẽto Cõminçus: at neceſſitate ingruente virum quem alienus fauor depulſit, recens, & propria vtilitas ſępè fruſtra reuocat. Miniſtrorum, ac Seruorum ſelectio mores eligẽtis patefacit, cum nec bonus malum nuſquam ad opus publicum ſciẽter ſecum tanquam ſocium aſſumpſit; & cum talis electio penes ſapientes internas electoris inclinationes demonſtret ex ſimilis cũ ſimili appetentia, mirum eſt quam hodierna facilitas tam immaturas electiones ſtatuat, vt plerumq; Igno-

cus alieno fauore ſuffultus etiam ad grauiſſimas participationes perficiatur : at forſan eſt ratio, quod fortuitò, non appenſatè viuimus.

Bonos eligamus ſeruos, ea tamen regula, quod non quęlibet bonitas, & aptitudo eligenti conuenit ; quia homo ille, qui propriæ prudentiæ actus ad ſui ipſius fauorem applicat ſibi bonus, non Reip. eſt ; repugnant ſiquidem priuatum, & publicum bonum ſimul eodem met in loco, & mēſura eſſe, & moderari. Eleganter ſapiētiſſimus quidam formicam in huiuſmodi bonitatis exemplum adducit : admirabilis namque in hoc Inſecto prudentia, & bonitas inſpicitur, nam æſtiua ſegetum affluentia minimè ſatiata in remotiſſimam famem prò hyemali tempore pręuia in ſuos

lo-

locellos aſportatione ſibi prouidet; & tamen hæc prudentia, hæc bonitas citra formicam non conuenit alijs: at in horto, in viridarijs pauculũ iſtud Inſectum nil minus eſt nocuum, quã ſit Quadrupes; ſic Famulus, aut Miniſter ſuo tantùm fauore bonus operatur. Amor in Dominum ad bona opera impellit Famulum; ea tamen bonitate ob oculos in primis ſibi propoſita quæ non vnicè tantùm ſemet adſpiciat, poſthabita qnæ in Dominum debetur ratione; ſed in eundem primò directa vtilitate; & cauendum profectò ne addicti noſtro ſeruitio, tam exacti euadant propriarum rerũ cultores, adeò vt à ſui immodico amore victi non ſint curaturi in dominici deſpectum officij ſi prò vno ſibi vel excoquendo ovo domus tota de-

beat conflagrare. Seligantur idcircò boni, arceantur mali familiares, potiſſimùm cauendo, ne admiſſionem ad Dominum pretio vēdant, vt prudenti diſciplina correpta familia *A-* Ad Tit. *poſtoli* increpatio deuitetur docentis, *Impotentem Vniuerſitati dominari, qui domui propriæ praeeſſe neſcit*.

Vt te in Tuos aut durum eſſe nimis, aut ſuſpicioſum: &c.

SVSPICIONE.

Cap. 19.

D*Vrities, & Suſpicio* quaſi gemellæ ab iniquo Parēte oriuntur, ad ſenſum quippè ſapientiſſimi Viri à Malignitate proueniunt

niunt, quia licet ipſa principaliter in alieno malo quærendo verſetur tamē hoc vti primogenito eius effectu producto, minus principaliter & ſecundogenitos parit; difficultatem ſcilicet, duritiē, & ſuſpicionem, ex quibus conuenit deſcriptio quam Tacitus habet de *Rufo* homini difficili optimè accommodatam dicentis; *aduerſus Superiores triſti adulatione, arrogans in inferiores, inter pares difficilis*. *An.* 11 Huic prauæ naturæ parùm conuenit publica adminiſtratio, niſi quod mali ſiniſtra inclinatio contulit ſeuera cenſura, & ſapiens diſciplina corripiat: & verè ſępè homines reperiuntur, qui vel propria acerbitate, vel cauillanti natura, callida vel arte impulſi quod negare non poſſunt difficultatū terriculamentis implicant, vt forſan

ex conceſſione ſubſequẽda referant, exigantq; oſtentatæ attentionis laudem minimè cauentes ſe largè affectatam prò debita iuſtitia gratiam impertituros: ſed odium ſimul etiam fore exinde decerpturos. Abſit ab hac vana duritie mens recta; & quiquid æquitas expoſcit promptitudo ex lubenti animo, non verò à ſcrupuloſa, & perdura mẽte prouenire cõuincat.

Apud egregios tamen, & ſapiẽtes Viros plerumque etiam difficultates habentur, quas primeuæ omnium rerum poſtulationi indiferẽter exhibẽt, non tamen ex cordis duritie, ſed ne in voluntariam hypothecam ita lubrico, & improuiſo modo ſe mergant. *Innocentius* X. Pontifex ingenij magnitudine prò maximis rebus gerendis inſignis frequenter difficultates ſup-

ſupplicationibus accommodabat, vt loco, & tempore diſcuſſioni abſque obligatione conceſſo quid permaturè reſpondēdum ſeparatìm citra ſupplicis pręſentiam ſtatuebat; in hunc quidem finem eundem *Reſpub. Veneta*, quę niſi *Senatus* colluctationibus expoſita negotia non expedit per Principem ſuum petētibus ambigua, & molliora reſpondet.

Suſpicio verò inferioris prauitatis duritie detegitur, licet ipſa quoque bonitatem pręſeferat; oritur enim vel ex timore, vel ſeuero nimis ipſius Prudentis vſu, quę moderatione freta, cautionis, ſagacitatis, ac perſpicacitatis nomen ſortitur; ſi verò, vel ad extremum, vel ad deteriorem partem flectat, puta in proximi ſedutionem, Malitię ſi ad ſe ipſum ſcrupulo-

ſè dirigēdum ſuſpicio nis iam aſſumit nomenclaturam. *Antonius Grimanus* penes Guicciardinum *Ludouici Sfortię* Lib. 4. exitium cum ſuaderet coram Senatu curioſiorem ſapientiam, & in futurorum proſpectum adfigentem hominē vti ſuſpicioſum exprobrauit: quandoquidem mundanæ res prout innixæ corruptibilitati, ita nequaquam recipiunt ordinē acuratiſſimum, nec illum valet humana pręſcribere prudentia, eaſdemq; non rarò implicatas accidētibus poteſt nec oculus vel lyncęus diſtinctè proſpicere.

Sana idcircò prudentia Conſilium ſuppeditat; nimia, & ad extremum perdura ſolam ſuſpicionem parit, ex qua Ambiguitas, Inconſtantia, Perplexitas, vt demum ad quęque procedat ineptia, cuius partes deſcribit

Se-

Seneca, exprimetq; ſuſpicioſum fa- *De Ben. Lib. 2. Cap 26*
cillimè ingratum, dum enim fit de ſe ipſo ſcrupuloſus Iudex inhabilis redditur ad quemcunq; virtutis, ac Iuſtitiæ actum eliciendum; & Tacitus inſanum Vulgus peculiariter in ſuſpici- *Hiſt. 3.*
onem pronum appellat. Verùm vt patenti animo Suſpicionis deformitates, ac ſuſpicioſi hominis impotentiam melius hìc effingamus, quæ de his protulit Seneca tranſcribere ne tœdeat. *Tollenda* (inquit) *ex animo* *De Ira Cap. 24*
ſuſpicio & coniectura, fallaciſſima irritamenta. Ille me parum humane ſalutauit, ille oſculo meo non adhæſit, ille inchoatum ſermonem citò abrupit, ille ad Cœnam non vocauit, illius vultus auerſior viſus eſt. Non deerit ſuſpicioni argumentatio. Simplicitate opus eſt; & benigna rerũ æſtimatione. Nihil niſi quod

in oculos incurret, manifeſtumque erit credamus. Et quoties ſuſpicio noſtra uana apparuerit, obiurgemus credulitatem; hæc enim caſtigatio conſuetudinem efficiet non facilè credendi. O' monita aurea! ſuſpiciamus, & profiteamur.

Huic quantum credendum ſit vide, non quia poßint multi Prouinciales eſſe Viri boni; ſed hæc ſperare licet, iudicare periculoſum eſt. &c.

BONITATE.

Cap. 20.

EQuidem multi ſunt Viri boni; ſed rarisſimi virtute ditati: *Virtus* enim à *Bonitate* diſtinguitur, & licet effectus ſint ijdem, tamen

men cauſa non eſt indubitanter eadem: *Bonitas* quippè eſt naturalis inclinatio ad bonum; adeò ut abſque alterius, vel habitus, vel diſciplinæ ſuffragio bona opera ab huiuſmodi ſana inclinatione ſuâpte natura proueniant. Virtus verò eſt quid excellentius, & ſublimius; poteſt enim ipſa nedum bonas inclinationes recta dictante mente proſequi, ſed difficultates quoque, & oppugnationes clariore triunpho ſuperare, exemplum tradit Vir ſapiens de homine vulnera & iacturas parato animo, ac miti ſuadente natura tolerante, & de alio qui ardore ſanguinis ictus ipſos altiori iaculo, ac pugione præſentit, æquo tamen animo quo primus ſuſtinet; certum eſt quod hic virtute, ille bonitate operatur, nulliq; dubium eſt clari-

ori prę fulgere nota quem virtus, non bonitas ad conſtantiam impulit.

Bonitatis ſublimior laus eſt in Deo, virtus in homine; Illius enim perfectiſſimum eſſe ipſa natura diuina abſq; diſciplinæ ope externis perfectionibus non indiget; adeò ut Bonitatis Attributum in Diuinitate erroris labe nullatenus maculari valeat;in creatura verò paſſim obnoxia erroribus Virtus eſt excellentior, quam Bonitas, eòquia cum hæc à natura contingat, corruptioni eſt propinquior, quod Virtus mente nixa, non corpore, cum per diſciplinam ab humanitate elongetur non tam facilè corruptioni ſubiacet, eò maximè quia errorem non ſentit; vocatur propterea Deus *bonus*, *fortis*, *liberalis*, *iuſtus*, quia harum vnaquęque Deo ineſt

ſummè

ſummè perfecta; hominis verò ſtatus vt ab imperfectione diſcretus non bonus, eò quia non ſummè bonus, ſed Virtute ditatus. Quare propenſiori deſiderio in homine exoptatior eſt Virtus, quam Bonitas ratione perfectioris habitus: Bonitas enim licet exceſſum non admittat, quoniam Bonum non eſt quod magnitudine laborat ſua, habet tamen varios errores, quorum enumerat quatuor Vir quidam, à quibus Virtus omninò detegitur immunis.

I. Bonitatis error deprehenditur quoties ipſa amori ſociata Immerito, vel Indigno fauetur; tali enim caſu ex bonitate fit facilitas, etiam honeſtæ mentis occupatrix, & Iuſtitiæ parùm cohærens: ex hac bonitate imprudenter aberrauit *Ludouicus* IX. *Gal-*

Galliarum Rex, qui Sutore prò Feciali, Tonſore pro Legato, & Medico pro Cancellario vtebatur.

II. error eſt Bona inſulsè collocare impotenti. Gemma Gallo Æſopi grata non fuit, quia ipſi erat optabilius granulum hordei. In idem fuit etiam lapſus *Eugenij* IV. *Pontificis* bonas, cum *Balthasſaris de Offida* eſſet vſus opera inter pacis, & belli negotia maxima; hic enim ad omnia compertus ineptus, ideò ſummo mœrore affectus alacri animo recepiſſet libétiùs, quàm miniſterium aliquod pingue Beneficium: igitur quę tractāda, aſſumpſit, vt incapax decorem Pontificium oblęſit.

III. error eſt Bona indiſtinctè cuiq; elargiri; omnibus enim indiſcriminatim Beneficia ſingularia conferre,

er-

erroris eſt: ſed Deus optimus Solem, & Pluuias tribuit in omnes, gratiam verò ſolùm merentibus, & ex electione prçcognitis.

IV. error eſt Bona conferre, quæ largienti ipſi detrimento futura ſunt: ſic enim prò Copijs deſumendis Originale, vt dicunt, vim patitur; ſicut prò conſtruenis Riuis eſſet Fontem exſiccare; nos enim ſumus Originale Charitatis, at eſt Proximus Copia, quē lapſum fuit experta *Neronis* veſana profuſio, cum ſui Patrimonij ſubſtantias intempeſtiuis donationibus diſſiparet: non ſecus prç nimia largitione Rex Franciæ *Carolus* VIII. Italicum bellum adſtructurus in ea neceſſitate ſe comperit adductum, vt domeſticas Margaritas pignori obligare cogeretur, pecuniaſq; mutuo *Guic. Lib. 1*

à

à Subditis accipere, quas tamen hiſce modis queſitas profundere non deſinebat.

En ergò quotis gradibus Bonitatē Virtus antecellit, quę omninò pura, & ſana ſuos Animo habitus impertit.

At redeamus nunc vnde digreſſi ſumus. Author noſter Bonos raro inueniri profitetur; quinimmò & ipſis credere periculoſum eſſe demōſtrat, ex quo duo decerpere eſt documēta. Bonitati non credendum niſi Virtute comite, quia vti imperfecta de per ſe non ſufficit. Secundò Bono vtiliter ſtudentes quæramus Virtutem præuia morum inſtitutione, recta & diſciplina, hac enim media ad ſummum Bonum tendimus (Seneca authore) pro hac enim expeditione magna promittuntur, & æqua diuinis, ad nihilum

De Vita beata cap. 16

hilum cogemur, indigebimus nullo, erimus liberi, indemnes, tuti; nil fruſtra tentabimus, nihil prohibebimur, cedent ex ſententia nobis cuncta; nihil aduerſum accidet, nihil extra opinionem, ac voluntatem; hæc verò ſic conferre non valet Bonitas ſola. Inſuper hìc obſeruãdum, quod prout Author noſter monet, *difficile eſſe Bonos inuenire*, ita tutius iudicium eſt tam facilè alienæ bonitati, vt plurimùm ſimulatæ non aſſentiri; præcauendo tamen, nè tam generalis conſtituatur hæc regula, vt etiam verè bonos expungat, Franciſcus Guicciardinus Hiſtoricus diſertiſſimus, & Vir egregia pollens prudẽtia hoc errore totam ſuæ Hiſtoriæ narrationẽ obtenebrat: omnia quippè geſta à ſe deſcripta, nemine excepto, ad vitia,

Iniquitatem, Ambitionem, & Impietatem refert: & tamen impoſſibile eſt, quod à tot Principibus, tot Viris etiam Sacerdotio pręfulgentibus in immenſa geſtorum multitudine, nec quidem vnicum opus Virtute, & Bonitate dictãte emanauerit; quod vel Authoris ſupponit liuorem, vel eius animum adeò iniquitati patefacit obnoxium, vt de alienis operibns ad ſui ipſius genij peruerſam methodum pręſentire cogebatur.

Multis Simulationum inuolucris, &c.

SIMVLATIONE, ET DISSIMVLATIONE.

Cap. 21.

PErlonga quæſtio antiquiſſimis Academijs PHiloſophorum animos Stoico, & Epicureo moue

re

re diſceptantium obſtinata duritie occupauit; numquid nimium vitium moderatione caſtigatum in virtutem euadere poſſit? hoc enim firmo argumento negat contrà Epicurum Seneca ſtatuens; quod inclinatio vitioſa vti à principio contaminato prodiẽs non poſſit ſortiri conditionem virtutis, quæ ſui principium nouit à vitio diſtantiſſimum. At miſſis philoſophicis iſtis ſpeculationibus prò *Ciuilis Prudentiæ* inſtructione dicamus, contingere interdum quamplures, & egregias virtutes ad ſummum apicem prouectas in turpiſſima vitia faceſſere; ſagacitas enim ſi excedat facillimè abit in fraudem; ſic Prudẽtia excedens fit Suſpicio, Conſtantia Obſtinatio, Circumſpectio Timor, Liberalitas Profuſio, bona Diſſimulatio *De vita beata cap. 9.*

Iniquitatem, …
etatem refert …
eſt, quod à to…
etiam Sacerd…
immenſa geſto…
quidem vnicu…
nitate dictāte …
Authoris ſupp…
animum adeò …
noxium, vt de …
ipſius genij p…
pręſentire cog…

Multis Simul…

SIMVLATI…

MVL…

PErlonga…
Academ…
nimos S…

le ſcribit Tacitus. *Palam compoſitu pudor, intus ſumma adipiſcendi libido.* *Ann. 4.* Diſſimulat verò qui iniurias, vel contumelias ſibi illatas prudenter, ac ſi non intelligerentur minimè obſeruare videtur, maximè cum vel publicũ bonum, vel priuatus reſpectus vltionẽ non admittunt. Vtilis propterea eſt Diſſimulatio Reip: gerendę, qualis fuit illa, qua vſus fuerat *Dux Guiſius* dum à *Principe Condæo* coram *Rege* fuit aliquando expunctus dicente (oculis in *Guiſium* defixis) vlturum ſe vna die ſibi ab hoſtibus ſuis illatas contumelias, dum Infidelitatis eum accuſarent, eoſdemq; ſe tandem cõpreſſurum; his nil vel territus, vel cõcitatus *Guiſius* prò merita acri reſpõſione, quam non potuiſſet *Condæus* Author initiatę turbationis Regni e-

ori prefulgere nota quem virtus, non bonitas ad conſtantiam impulit.

Bonitatis ſublimior laus eſt in Deo, virtus in homine; Illius enim perfectiſſimum eſſe ipſa natura diuina abſq; diſciplinæ ope externis perfectionibus non indiget; adeò ut Bonitatis Attributum in Diuinitate erroris labe nullatenus maculari valeat; in creatura verò paſſim obnoxia erroribus. Virtus eſt excellentior, quam Bonitas, eòquia cum hæc à natura contingat, corruptioni eſt propinquior, quod Virtus mente nixa, non corpore, cum per diſciplinam ab humanitate elongetur non tam facilè corruptioni ſubiacet, eò maximè quia errorem non ſentit; vocatur propterea Deus *bonus*, *fortis*, *liberalis*, *iuſtus*, quia harum vnaquæque Deo ineſt

ſummè

ſummè perfecta; hominis verò ſtatus vt ab imperfectione diſcretus non bonus, eò quia non ſummè bonus, ſed Virtute ditatus. Quare propenſiori deſiderio in homine exoptatior eſt Virtus, quam Bonitas ratione perfectioris habitus: Bonitas enim licet exceſſum non admittat, quoniam Bonum non eſt quod magnitudine laborat ſua, habet tamen varios errores, quorum enumerat quatuor Vir quidam, à quibus Virtus omninò detegitur immunis.

I. Bonitatis error deprehenditur quoties ipſa amori ſociata Immerito, vel Indigno fauetur; tali enim caſu ex bonitate fit facilitas, etiam honeſtæ mentis occupatrix, & Iuſtitiæ parùm cohærens: ex hac bonitate imprudenter aberrauit *Ludouicus* IX.

Gal-

Digitized by Google

Galliarum Rex, qui Sutore prò Feciali, Tonſore pro Legato, & Medico pro Cancellario vtebatur.

II. error eſt Bona inſulsè collocare impotenti. Gemma Gallo Æſopi grata non fuit, quia ipſi erat optabilius granulum hordei. In idem fuit etiam lapſus *Eugenij* IV. *Pontificis* bonas, cum *Balthasſaris de Offida* eſſet vſus opera inter pacis, & belli negotia maxima; hic enim ad omnia compertus ineptus, ideò ſummo mœrore affectus alacri animo recepiſſet libētiùs, quam miniſterium aliquod pingue Beneficium: igitur quę tractāda aſſumpſit, vt incapax decorem Pontificium obleſit.

III. error eſt Bona indiſtinctè cuiq; elargiri; omnibus enim indiſcriminatim Beneficia ſingularia conferre,

er-

erroris eſt: ſed Deus optimus Solem, & Pluuias tribuit in omnes, gratiam verò ſolùm merentibus, & ex electione precognitis.

IV. error eſt Bona conferre, quæ largienti ipſi detrimento futura ſunt: ſic enim prò Copijs deſumendis Originale, vt dicunt, vim patitur; ſicut prò conſtruenis Riuis eſſet Fontem exſiccare; nos enim ſumus Originale Charitatis, at eſt Proximus Copia, quē lapſum fuit experta *Neronis* veſana profuſio, cum ſui Patrimonij ſubſtantias intempeſtiuis donationibus diſſiparet: non ſecus prę nimia largitione Rex Franciæ *Carolus* VIII. Italicum bellum adſtructurus in ea neceſſitate ſe comperiit adductum, vt domeſticas Margaritas pignori obligare cogeretur, pecuniaſq; mutuo à *Guic. Lib. 1*

à Subditis accipere, quas tamen hiſce modis quæſitas profundere non deſinebat

En ergò quotis gradibus Bonitatē Virtus antecellit, quę omninò pura, & ſana ſuos Animo habitus impertit.

At redeamus nunc vnde digreſſi ſumus. Author noſter Bonos raró inueniri profitetur; quinimmò & ipſis credere periculoſum eſſe demōſtrat, ex quo duo decerpere eſt documēta; Bonitati non credendum niſi Virtute comite, quia vti imperfecta de per ſe non ſufficit. Secundò Bono vtiliter ſtudentes quæramus Virtutem prævia morum inſtitutione, recta & diſciplina, hac enim media ad ſummum Bonum tendimus (Seneca authore) *De Vita beata cap. 16* prò hac enim expeditione magna promittuntur, & æqua diuinis, ad nihilum

hilum cogemur, indigebimus nullo, erimus liberi, indemnes, tuti; nil fruſtra tentabimus, nihil prohibebimur, cedent ex ſententia nobis cuncta; nihil aduerſum accidet, nihil extra opinionem, ac voluntatem; hæc verò ſic conferre non valet Bonitas ſola. Inſuper hìc obſeruãdum, quod prout Author noſter monet, *difficile eſſe Bonos inuenire*, ita tutius iudicium eſt tam facilè alienæ bonitati, vt plurimùm ſimulatæ non aſſentiri; præcauendo tamen, nè tam generalis conſtituatur hæc regula, vt etiam verè bonos expungat, Franciſcus Guicciardinus Hiſtoricus diſertiſſimus, & Vir egregia pollens prudẽtia hoc errore totam ſuæ Hiſtoriæ narrationẽ obtenebrat: omnia quippè geſta à ſe deſcripta, nemine excepto, ad vitia,

Iniquitatem, Ambitionem, & Impietatem refert: & tamen impoſſibile eſt, quod à tot Principibus, tot Viris etiam Sacerdotio pręfulgentibus in immenſa geſtorum multitudine, nec quidem vnicum opus Virtute, & Bonitate dictãte emanauerit; quod vel Authoris ſupponit liuorem, vel eius animum adeò iniquitati patefacit ob noxium, vt de alienis operibns ad ſui ipſius genij peruerſam methodum prę ſentire cogebatur.

Multis Simulationum inuolucris, &c.

SIMVLATIONE, ET DISSIMVLATIONE.

Cap. 21.

PErlonga quæſtio antiquiſſimis Academijs PHiloſophorum animos Stoico, & Epicureo mo-

re diſceptantium obſtinata duritie occupauit; nunquid nimium vitium moderatione caſtigatum in virtutem euadere poſſit? hoc enim firmo argumento negat contrà Epicurum Seneca ſtatuens, quod inclinatio vitioſa vti à principio contaminato prodiẽs non poſſit ſortiri conditionem virtutis, quæ ſui principium nouit à vitio diſtantiſſimum. At miſſis philoſophicis iſtis ſpeculationibus prò *Ciuilis Prudentiæ* inſtructione dicamus, contingere interdum quamplures, & egregias virtutes ad ſummum apicem prouectas in turpiſſima vitia faceſſere; ſagacitas enim ſi excedat fa illimè abit in fraudem; ſic Prudẽtia excedens fit Suſpicio, Conſtantia Obſtinatio, Circumſpectio Timor, Liberalitas Profuſio, bona Diſſimulatio *De vita beata cap. 9.*

tio Simulatio peſſima : quapropter expendendo quod egregiè nos docet Author noſter de Simulatione videamus, num Simulatio ſui labe depurgata in Diſſimulationis virtutem omninò neceſſariam immutari poſſit.

Diſtinguit egregiè Pontanus vitiũ Simulationis à Diſſimulationis virtute; ſimulat enim ille qui praua mente bonitatem effingit, ac in alterius allucinatione virtutis apparatu exteriùs oſtentato recondit in interno vitiũ hic ſi eiuſmodi ſe præbeat erga res Spirituales, & ipſum Deum dicetur *Hypocrita*, à quo nobis vulpino periculo cauere monet nos CHRISTVS Seruator noſter deſcribens *Hypocritã* triſti, & macilenta facie, vt Ieiunantis appareat; & ſi erga homines tendat Simulatio appellatur, quam ita deſ-

De Prudentia lib. 4

Matth. 6

deſcribit Tacitus. *Palam compoſitus pudor, intus ſumma adipiſcendi libido.* *Ann. 4.* Diſſimulat verò qui iniurias, vel contumelias ſibi illatas prudenter, ac ſi non intelligerentur minimè obſeruare videtur, maximè cum vel publicũ bonum, vel priuatus reſpectus vltroneé non admittunt. Vtilis propterea eſt Diſſimulatio Reip: gerendę, qualis fuit illa, qua vſus fuerat *Dux Guiſius* dum à *Principe Condæo* coram *Rege* fuit aliquando expunctus dicente (oculis in *Guiſium* defixis) vlturum ſe vna die ſibi ab hoſtibus ſuis illatas contumelias, dum Infidelitatis eum accuſarent, eoſdemq; ſe tandem cõpreſſurum; his nil vel territus, vel cõcitatus *Guiſius* prò merita acri reſpõſione, quam non potuiſſet *Condæus* Author initiatę turbationis Regni e-

fugere, reſpondit *Guiſius* ſibi tam eſſe perſpectum candorem animi *Condæi*, vt in defenſam huius veritatis eſſet ex tunc paratus monomachia mediante exponere corpus etiam ſuum.

Nec abſimili modo *Alphonſus Dux Ferrariæ*, non perceptis inſidijs, per quas *Epiſcopus Intimilienſis Pontifici* obtemperans eijcere de Statu ipſum tentabat, accuſato *Epiſcopo*, conſuluit *Pontificem*, quaſi non intellectis inſidijs, & petijt ſubſidia, & reportauit. Diſſimulanda tamen Mala quantùm temporis remedij præparatio exigit; ſecus autē ſi taciturnitas malorum augmēta contulerit, quia tunc non amplius virtus Diſſimulationis militabit, ſed Ineptiæ vitium. Stulta fuit *Vitellij* Diſſimulatio ſuarum Cohortium necem occultans inepto ſilentio

lentio mala differendo, læta fingendo, falſis ingraueſcit. Diſſimulanda pariter Priuatorum odia, Populi garrulitates, querelæ, lamentationes, conuicia, ac Potẽtium, Superiorũq; iniuriæ, iſtas recipiendo quoad fieri poterit ipſa vel gratiarũ actione; qui finis omnium cum Dominãte ſermonum. *Saulem* in Regno contemptum Filiorum *Belial*, & *Ioabi*, ac *Abiſai* ſcelera; & cœtera penitùs indecora *Dauidem* prudenti Diſſimulatione tolerasse teſtantur ſacrę litteræ. Et inſignem *Cardinalem Richelium* iſta vſum conniuentia euitaſſe ferunt necem à *Gaſtone Aurelianenſi Duce* ſibi paratã, cum pręmonitus quod in *Agro Floriacenſi* nocte ſequenti foret eum *Dux* oppreſſurus, diſſimulata facinoris notitia, eodem ex loco celeriter digreſ- *Samuel lib. 2.3.*

ſus ad *Bellaqueum Fontem* eadem no-cte ſe contulit, vbi ſuis dexterimè u-ſus in *Ducem* obſequijs, hic præmolli-tus ſententiam mutauit.

Celebris vndequaque etiam futu-ris ſeculis fuit, & erit Diſſimulatio *Ca-therinæ Mediceæ Galliarũ Reginæ*, cui impoſſibile foret in tanta, & contu-maci *Regni* turbatione, in tam maxi-ma *Procerum* diuiſione, ac morũ cor-ruptione, vt ipſa *Extera* Trono ſubſi-ſteret, ni Diſſimulationis ſubſidio ro-borata, ea ſolùm intellexiſſet, quæ gratiam, non quæ odium expreſſiſſet, de quibus pleniſſimè *Dauila* toto ſua-rum Hiſtoriarum volumine.

Adnotemus propterea, quod Diſ-ſimulatio consiſtit in occultando, & obtegendo id quod mali recipitur, & Simulatio in patefaciendo id quod

non

non verè boni intùs reconditur, ac ideò Simulationẽ dimiſſam ſequatur Diſſimulatio iniuriarum, nam ſpreta exoleſcunt; ſi verò iraſcaris adgnita videntur, quę ni attentè obſeruentur iam periculoſam vltionis obligationem incurrimus, & calumniatores noſtram perturbationem expectãtes confundimus, quemadmodum ait Pſalmiſta. *Qui tribulant me exultabũt ſi mortuus fuero*; & eò magis quia quã piurimùm quod mali nobis ab hominibus accidit, vti in iræ furore conceptum mutationi, & pœnitẽtiæ ſubiacet, ac propterea ſi prioris ictus tolerandi neſcij erimus ad indolentias, ac iactationem prorumpimus offendentis pœnitentia non iuuabit, cum proprium humanæ mentis ſit odiſſe quem læſeris. Psal.

Cauendum

Cauendum magis ab ijs, qui omnes vias Pecuniæ norunt, & omnia Pecuniæ cauſa faciunt. &c.

CVIVS AMICITIA VITANDA.

Cap. 22.

PEſſimum genus Amicorum nedum quęrendum, ſed ſtrenuo ſtudio euitandum; quem enim adeò fixa Pecuniæ cupido tenet cętera viliora habebit, & amicitiam viliſſimo intereſſe labefactatam perpetua vtilitate relinquet. Monet ſeriò Vir doctus Amicos, quos vocat *longioris caudæ* effugiendos, eos ſcilicet, quorum opera venalitas ſequitur, & qui poſt amicitiæ proſpectum caudam auaritiæ, & rapacitatis obtę-

tegunt: abſit propterea tali tabe cor rupta conuerſatio, nec Amicorum nomine recipiamus prȩter illos, qui ſequentibus veræ Amicitiæ qualitatibus falſitate depoſita conſentiunt.

Principalis bonæ Amicitiȩ qualitas eſt ex qua Amicum amore proſequimur, ab illoque pari gradu diligimur, ſpe vtilitatis vltrò, citròq; ſublata, eique cor patefacimus à garrulitate, & Secretorũ evulgatione nullatenus metuẽtes, & ad propriorum deſideriorum, ac intentionum partẽ indiuiduam recipimus: quȩ in Amico poſita in alio Amico, tanquã correlatiua promiſcua fidelitate reſpondeant; & ſi aliquis talia adamuſſim non profiteatur à noſtro cõſortio depulſus, à religioſo Amicitiȩ gradu vti indignus deponatur.

Verè

Verè à falſo Amico cauendum, & maximè dum falſitas, prout hìc Author noſter aduertit, ab iniquitate, & intereſſe procedit, quia tunc, vt *Galba Piſoni* innuebat, minimè noſtram Perſonam, ſed tantùm noſtram Fortunam alloquitur; cuius prauitas aliquando noſtros mores corrumpit, & noſtris operationibus æſtimationē imminuit, circà quod elegantiùs Senecam hìc referendū duximus. *Nil æquè* (ait) *oblectauerit animum, quam amicitia fidelis. Quantum bonum eſt, ubi ſunt præparata pectora, in quæ tutò ſecretum omne deſcendat, quorum conſciētiam minus quam tuam timeas, quorum ſermo ſolicitudiuem leniat, ſententia conſilium expediat, hilaritas triſtitiam diſſipet, conſpectus ipſe delectet? Quos ſcilicet vactos, quantum fieri poterit à cupidita-*

De Tranq. Cap 7

piditatibus, eligemus; ſerpunt enim vitia, & in proximum quemque tranſiliũt, & contactu nocent. Itaque vt in peſtilẽtia cauendum eſt, ne corruptis iam corporibus, & morbo flagrantibus aßideamus quia pericula trahemus, afflatuque ipſo laborabimus: ita in amicorum legendis ingenijs dabimus operam, vt quam minimè inquinatos aſſumamus. Vtinam!
Reliqua ſuple inferiori Capitulo.

Diligenter cauendæ ſunt quædam familiaritates præter hominum perpaucorum, &c.

FAMILIARITATE.

Cap. 23.

SOciari homini licet; nec is rati-
on?

onabilis prærogatiuã promeret, quē ab humano conſortio brutalis ſeiunctio diſiungit, ſicut non tam effuſa ſolitudo, & nemora tam remota reperiuntur, quam vita hominis ſocietate, & diſcurſu deſtituta; licet enim is inter viuentes verſetur, ſi tamen diſcurſus non communioni fauebit, nil aliud valebit commercium iſtud inſulſum, quam tacitus, & nudus abeuntium occurſus; ſuaue eſt Amicitiæ, ac diſcurſus leuamen, quia dolores reciproca conferentia alleuiantur; conſilia in dubijs diſceptando meliora inueniuntur, ipſa lętitia amicis participata largiùs infunditur, ac proinde fortitudini firmiùs augendæ è prouido viro vera uocatur amicitia hac mediante infortunij pondus facilius fertur, & ingruentium paſſim ma-

malorum obſidiones amicorum tuto conſenſu arcentur. Qui amicitiam reſpuit, & menti affixas tenaciter uelut carcere obſtrictas nutrit cogitationes ſuas maxima indigebit fortitudine in aduerſis rebus, excellentique conſilio in dubijs: exſoluit enim intellectum diſcurſus dubietatibus inuolutum, & eructari facit occultas affectiones, negotia pręparat, opportunèque diſponit.

Ad quid ergo ſapiētiſſimus Author noſter Amicorum famitiaritates prohibet, ſi ex eorundem diſcurſu tam manifeſta vtilitas emergit? perpaucos vult Familiares, quia pauciſſimi ſunt veræ amicitiæ cultores; ac propterea Amico fraudolente, ac infideli ſi familiaritas indulgeatur mox ſuccedit neglectus; qua ratione in hoc

cor-

corruptiſſimo Sæculo, in quo Amici non Perſonam noſtram, noſtram ſed fortunam aſſequuntur, non mentem noſtram, ſed propriam vtilitatẽ deligunt a bonis Priſcorum moribus manifeſtò aberrantes nouã corrupti Sæculi iniquitatem profitentur.

Et profectò, vt verè dicamus, penes Ethnicos uti Religionis articulus vera Amicitia venerabatur, & vt ſigillatim alte rutri reuerentiam impartirent quadrupliciter diſtinguendum putabant; naturalem ſcilicet ex amore Parentum, & ſanguinis prouenientem; ſocialẽ ex conſortio, & diſcurſu; hoſpitalem ex hoſpitio, quo Amici excipiebãtur; & veneream ex carnali cõmercio promanantem: & his quatuor Socialis, de qua nos quoque agimus perfectior habetur; reliquæ enim

enim amore ex temerario igne ſuccẽſo coactam combuſtionem, nullatenus gratum affectum afferunt. Parentes quippè vehementis naturę impulſu amantur; vxores effrœni concupiſcentia, & hoſpitales obligatione animo defixa; ſocialis ſola à ſpontaneã inclinatione proueniens ſuaui dulcedine voluntarios deuincit, inuoluntarioſq; blandè trhait, iugumq; leuiſſimum imponit:

Rationem exquirit Plutarchus in Libello, quem de Amicitia in multos diffuſa compilauit, cur ſapiẽtioribus ſęculis tam frequentes contigiſſent Amicitię cultus; prȩſentibus verò rariſſimi inueniantur? id tribuit appetentiæ immoderatæ, qua innumeros Amicos perquirimus: exemplum adducens inhoneſtæ mulieris, quæ cre-

ſus ad *Bellaqueum Fontem* eadem no-cte ſe contulit, vbi ſuis dexterimè u-ſus in *Ducem* obſequijs, hic pręmolli-tus ſententiam mutauit.

Celebris vndequaque etiam futu-ris ſęculis fuit, & erit Diſſimulatio *Catherinæ Mediceæ Galliarũ Reginæ*, cui impoſſibile foret in tanta, & contu-maci *Regni* turbatione, in tam maxi-ma *Procerum* diuiſione, ac morũ cor-ruptione, vt ipſa *Extera* Trono ſubſi-ſteret, ni Diſſimulationis ſubſidio ro-borata, ea ſolùm intellexiſſet, quæ gratiam, non quæ odium expreſſiſſet, de quibus pleniſſimè *Dauila* toto ſua-rum Hiſtoriarum volumine.

Adnotemus propterea, quod Diſ-ſimulatio conſiſtit in occultando, & obtegendo id quod mali recipitur, & Simulatio in patefaciendo id quod

non

non verè boni intùs reconditur, ac ideò Simulationẽ dimiſſam ſequatur Diſſimulatio iniuriarum, nam ſpreta exoleſcunt; ſi verò iraſcaris adgnita videntur, quę ni attentè obſeruentur iam periculoſam vltionis obligationem incurrimus, & calumniatores noſtram perturbationem expectãtes confundimus, quemadmodum ait Pſalmiſta. *Qui tribulant me exultabũt ſi mortuus fuero*; & eò magis quia quã piurimùm quod mali nobis ab hominibus accidit, vti in iræ furore conceptum mutationi, & pœnitẽtiæ ſubiacet, ac propterea ſi prioris ictus tolerandi neſcij erimus ad indolentias, ac iactationem prorumpimus offendentis pœnitentia non iuuabit, cum proprium humanæ mentis ſit odiſſe quem læſeris. Psal.

Cauendum

Cauendum magis ab ijs, qui omnes vias Pecuniæ norunt, & omnia Pecuniæ cauſa faciunt. &c.

CVIVS AMICITIA VITANDA.

Cap. 22.

PEſſimum genus Amicorum nedum quęrendum, ſed ſtrenuo ſtudio euitandum; quem enim adeò fixa Pecuniæ cupido tenet cętera viliora habebit, & amicitiam viliſſimo intereſſe labefactatam perpetua vtilitate relinquet. Monet ſeriò Vir doctus Amicos, quos vocat *longioris caudæ* effugiendos, eos ſcilicet, quorum opera venalitas ſequitur, & qui poſt amicitiæ proſpectum caudam auaritiæ, & rapacitatis obtę-

tegunt: abſit propterea tali tabe cor rupta conuerſatio, nec Amicorum nomine recipiamus pręter illos, qui ſequentibus veræ Amicitiæ qualitatibus falſitate depoſita conſentiunt.

Principalis bonæ Amicitię qualitas eſt ex qua Amicum amore proſequimur, ab illoque pari gradu diligimur, ſpe vtilitatis vltrò, citròq; ſublata, eique cor patefacimus à garrulitate, & Secretorũ evulgatione nullatenus metuẽtes, & ad propriorum deſideriorum, ac intentionum partẽ indiuiduam recipimus: quę in Amico poſita in alio Amico, tanquã correlatiua promiſcua fidelitate reſpondeant; & ſi aliquis talia adamuſſim non profiteatur à noſtro cõſortio depulſus, à religioſo Amicitię gradu vti indignus deponatur.

Verè

Verè à falſo Amico cauendum, & maximè dum falſitas, prout hìc Author noſter aduertit, ab iniquitate, & intereſſe procedit, quia tunc, vt *Galba Piſoni* innuebat, minimè noſtram Perſonam, ſed tantùm noſtram Fortunam alloquitur; cuius prauitas aliquando noſtros mores corrumpit, & noſtris operationibus æſtimationē imminuit, circà quod elegantiùs Senecam hìc referendū duximus. *Nil æquè* (ait) *oblectauerit animum, quam amicitia fidelis. Quantum bonum eſt, ubi ſunt præparata pectora, in quæ tutò ſecretum omne deſcendat, quorum conſciētiam minus quam tuam timeas, quorum ſermo ſolicitudiuem leniat, ſententia conſilium expediat, hilaritas triſtitiam diſſipet, conſpectus ipſe delectet? Quos ſcilicet vacuos, quantum fieri poterit à cupidita-*

De Tranq. Cap 7

piditatibus, eligemus; ſerpunt enim vitia, & in proximum quemque tranſiliūt, & contactu nocent. Itaque vt in peſtilētia cauendum eſt, ne corruptis iam corporibus, & morbo flagrantibus aßideamus quia pericula trahemus, afflatuque ipſo laborabimus: ita in amicorum legendis ingenijs dabimus operam, vt quam minimè inquinatos aſſumamus. Vtinam! Reliqua ſuple inferiori Capitulo.

Diligenter cauendæ ſunt quædam familiaritates præter hominum perpaucorum, &c.

FAMILIARITATE.

Cap. 23.

SOciari homini licet; nec is rati-

cn?

onabilis prerogatiuã promeret, quē ab humano conſortio brutalis ſeiunctio diſiungit, ſicut non tam effuſa ſolitudo, & nemora tam remota reperiuntur, quam vita hominis ſocietate, & diſcurſu deſtituta; licet enim is inter viuentes verſetur, ſi tamen diſcurſus non communioni fauebit, nil aliud valebit commercium iſtud inſulſum, quam tacitus, & nudus abeuntium occurſus; ſuaue eſt Amicitiæ, ac diſcurſus leuamen, quia dolores reciproca conferentia alleuiantur; conſilia in dubijs diſceptando meliora inueniuntur, ipſa letitia amicis participata largiùs infunditur, ac proinde fortitudini firmiùs augendæ è prouido viro vera uocatur amicitia hac mediante infortunij pondus facilius fertur, & ingruentium paſſionum ma-

malorum obſidiones amicorum tuto conſenſu arcentur. Qui amicitiam reſpuit, & menti affixas tenaciter uelut carcere obſtrictas nutrit cogitationes ſuas maxima indigebit fortitudine in aduerſis rebus, excellentique conſilio in dubijs: exſoluit enim intellectum diſcurſus dubietatibus inuolutum, & eructari facit occultas affectiones, negotia pręparat, opportunèque diſponit.

Ad quid ergo ſapiētiſſimus Author nôſter Amicorum famitiaritates prohibet, ſi ex eorundem diſcurſu tam manifeſta vtilitas emergit? perpaucos vult Familiares, quia pauciſſimi ſunt veræ amicitiæ cultores, ac propterea Amico fraudolente, ac infideli ſi familiaritas indulgeatur mox ſuccedit neglectus; qua ratione in hoc

cor-

corruptiſſimo Sæculo, in quo Amici non Perſonam noſtram, noſtram ſed fortunam aſſequuntur, non mentem noſtram, ſed propriam vtilitatē deligunt à bonis Priſcorum moribus manifeſtò aberrantes nouā corrupti Sæculi iniquitatem profitentur.

Et profectò, vt verè dicamus, penes Ethnicos uti Religionis articulus vera Amicitia venerabatur, & vt ſigillatim alte rutri reuerentiam impartirent quadrupliciter diſtinguendum putabant; naturalem ſcilicet ex amore Parentum, & ſanguinis prouenientem; ſocialē ex conſortio, & diſcurſu; hoſpitalem ex hoſpitio, quo Amici excipiebātur; & veneream ex carnali cōmercio promanantem: & his quatuor Socialis, de qua nos quoque agimus perfectior habetur; reliquæ

enim

enim amore ex temerario igne ſuccẽ-ſo coactam combuſtionem, nullatenus gratum affectum afferunt. Parentes quippè vehementis naturę impulſu amantur; vxores effrœni concupiſcentia, & hoſpitales obligatione animo defixa; ſocialis ſola à ſpontanea inclinatione proueniens ſuaui dulcedine voluntarios deuincit, inuoluntarioſq; blandè trhait, iugumq; leuiſſimum imponit:

Rationem exquirit Plutarchus in Libello, quem de Amicitia in multos diffuſa compilauit, cur ſapiẽtioribus ſęculis tam frequentes contigiſſent Amicitię cultus; pręſentibus verò rariſſimi inueniantur? id tribuit appetentiæ immoderatæ, qua innumeros Amicos perquirimus: exemplum adducens inhoneſtæ mulieris, quæ cre-

bris, ac varijs amplexibus proſtituta primi amorem, dum altero aduenićte retinere non poteſt facillimè contemnit, & abijcit; & veluti Puella in viridi prato conſidens dum alium inſuper, atque alium florem decerpit ſemper nouis, ac ridētibus lętior priores contemnit. His verbis Plutarchus Amicitię inconſtantiam, quam experimur excuſat, cui adnectendo documētum Authoris noſtri paucos quęramus Amicos, paucis contenti ſimus Familiaritatibus, vt corruptionem ſęculi tolerantes abſque noſtri decoris iactura vera potiamur amicitia. Potiſſimùm caueamus à familiaritate hominis litigioſi, ac in Foro verſantis, cui ad Curiam ſecurus, & gratus acceſſus animum addit noua iurgia quęrendi, idemque fretus

po-

potentia Familiaritatis ſuę in Magiſtratum ,& eadem abuſus per ſuas indeſinentes contentiones euadit Prouincialibus noxius , & exoſus ; ſic pariter cauēda familiaritas hominis frequentibus petitionibus Curiam infeſtantis , cui totum concedere nefas , negare difficile , & amarum eſt ; inſuper ab homine Plebis protectionem affectante , eidem enim Prę́ſidis adhærentia firmatur auctoritas , & operum ſuorum conniuentia ad Dominationis quaſi conſortiū aſſumitur contra Regulam ,quod ratio in Dominio non aliter conſtat , niſi vni reddatur ; & eadem ratione caueamus ab homine, qui vel nobilitate , vel diuitijs , vel Principum prępotēti ſubſidio authoritatem ſibi velut ciui importunā , & exceſſiuam ſedulò molitur .

Pariter frequentia conſortia cuitemus hominis, qui turbas, ſeditiones aliàs commouit, vel commotas compeſcuit: quia Magiſtratu annuente facilè poterit ad affectatam potentiã peruenire, & quietem impunito trãſgreſſu Superioris ordinem ſimulando turbare. Item ab homine pluribus Clientibus ſtipato: prout etiam ab homine vano, loquaci, gloriabundo, qui Superioris ſimplicem familiaritatem, tanquam Priuilegium allegat, & illius meritam laudem prę̨ripiens proprijs geſtis accõmodat oſtẽtans ſe ſecretorum participem: hic namque talis emendicata prę̨rogatiua cum Iuſtitiæ detrimento, & Prę̨ſidis dedecore prorſus abutitur; cautè ergò, vt Authori noſtro obtemperemus.

Di-

Diuturna ſeueritate ad nimiam aſſentationem eruditi. &c.

ADVLATIONE.

Cap. 24.

DVOBVS generibus Inimicorum quibus homo premitur palam linguę aculeo ſęuientium, & intùs prurientium nulli dubium eſt hoc grauius eſſe; quoniam obtrectatio, & liuor pronis auribus accipiuntur, adulationi fœdum crimen ſeruitutis, malignitati falſa ſpecies libertatis ineſt; nec aliud detractio, quam tranſeuntem verborum ſciſſuram, & leuem contumeliam affert; adulatio verò vitijs blandiendo profundiori, ac lethali ictu animum perfodit; ibque comprobatur ex accurata obſeruatione, peiori quippè

dominio adſuit detractio, quã adulatio. Principibus enim tyrannica barbarie dominãtibus adulatio celebriori applauſu ſurrexit; prout Principibus debilioribus, & inermibus detractio laxioribus linguis latiùs effuſa eſt; hæc autẽ tẽporibus inepti Claudij, illa iniqui Tiberij euenifſe palã faciunt Taciti, & Suetonij Hiſtoriæ: ſæculum namque illud infectum adeò ſcatebat ea colluuie, vt non modò priores Ciuitatis ad id certamen exſurgerent, ſed omnes; & ſanè cum adulatio inſeruiat prò augendo vitio, potiſſimumq; à mendacio fomentum recipiat falſis extollẽdo encomijs id, quod foret deteſtandum ſupra detractionis malitiam manifeſtò eleuatur; quod etiam comprobatur expendẽdo à quanam radice adulatio, & de-

tractio expullulent: illa enim vel à propria vtilitate ſpe nixa Superiorē per blanditias alliciendi, vel ab huius vanitate laudes vltrò affectantis, vel à ſtimulo proprij timoris à Tyrāni feritate incuſſi, quæ à mendaçio, & falſitate obtingere manifeſtū eſt; *L.* enim *Vitellius* repreſſus ex formidine *C.Cæſaris* familiaritate *Claudij* turpe in ſeruitium mutatus exemplar apud Poſteros adulatorij dedecoris habetur. Detractio verò ex liuore, qui ab odio producitur, & ex ira, quę penes Philoſophum eſt cum circa cor ſanguinis feruor promanat; quæ duo mala cum ſanè inferiora dignoſcantur mendacio, & falſitate, ex quibus adulatio habetur, ratione turpitudinis ſeruitij, & iniquitatis mendacij in proximi detrimentum expreſſi graui- *Tacit. Ann.6*

or reatus adulationi, quam detractioni imprimitur.

Tantum itaque ab adulatione, & ab adulatore abſit (Plinio dictante) miniſterium noſtrum, quantum abeſſe debet à neceſſitate aſſentandi, quã inducũnt Dominatus, & Imperia Tyrannidem ſubolentia, Dominantisque vanitas, quæ Aſſentatores éxcutit: at ſolida virtus, incõcuſſa moderatio dimiſſo inanis glorię, vanæq; laudis appetitu in tuto progreſſu nos dirigat, & confirmet. Hiſpanica Monarchia ſiquidem quamplurima fuit experta infortunia propter adulationem, aſſentante *Philippo* IV. *Comite Oliuareſio*, vel mala nuncia occultando, vel triſtia accidentia in bona vitioſa varietate ſimulando.

Perdifficile eſt ſanè Fortunam ab adu-

adulaiione tueri, quilibet namq; lau des cupit, quarum cõcupiſcentia iudicium corrumpit, nè exactè dignoſcantur, num veræ, vel falſæ ſint diudicandæ; Dominationis etiam amicis (Tacito monẽte) adulatio ineſt; &ſi concio vocetur, quæ pauci incipiunt, reliquos adſterpere audimus.

Amicus tamen nunquam erit adulator (Plutarcho firmiùs monente) impoſſibile eſſe quem prò amico, & prò Adulatore habere.

Supra Adulatorẽ ordinarium alius eſt gradus iniquior Adulationis, quẽ *Arciadulatoris* nomine quidam appellat, & eſt homo qui ſibi ipſi aſſentatur, ſententiam ſuam lubenti animo peruicaci fortitudine roborat, opiniones ſuas tanquam infallibili nixas prudẽtia incorrigibiles credit, ſueq;

mentis

mentis capacitatē tam amplam profitetur, vt pergraue negotium quodlibet à proprij ingenij magnitudine ſubigi vltrò per ſe, ac ideò alieno nō indigere continuò ſe predicet; hæc Adulationis ſpecies mortifera eſt, ex qua Obſtinatio, Durities, temeraria Præſumptio, Audatia in nos turpiſſima manat; hæc eſt de qua Seneca dixit. *Non eſt quod magis aliena iudices Adulatione perire, quam noſtra. Quis ſibi verum dicere auſus eſt? Quis non inter adulantium, blandientiumque poſitus greges, plurimum autem ſibi ipſe aſſentatus eſt?* Dignoſcatur propterea, quod in nos circumfuſa vndiq; foris & intùs Adulatione verè obſidione complectimur, ni conſtantia, & animi fortitudo hos Aggreſſores deuincat, deijciatque.

De Tranq.

Seruis

Seruis egregiè fidelibus in domeſticis ne quid Publica vnus attingat. &c.

PRIVATO, SEV SERVO PRÆDILECTO.

Cap. 25.

VTINAM ne *Cariſſimus*, & cęteris *Prædilectus Famulus* Publica non attingeret iuxta innumera tùm ſuperiorum, tum pręſentis Sęculi exempla Reipu. ſummè indecora, atque damnoſa. Qui Seruorum exiſtit Prędilectus is primò in *Dominum ipſum* iure quaſi monarchico, deinde in cęteros alios impudenti dominio abuti facilè ſolet. Taciti expertiſſimo quarumcunq; cauſarum ingenio hæc ſola innotuit: exploraturus enim rationem Prępotentiæ *An. 4.*

tiæ

tiæ *Seiani* apud *Tiberium* dubitare cogitur, num fato, an ſorte naſcendi, vt cętera, ita Principum inclinatio in hos, offenſio in alios, ſitq; aliquid in in noſtris conſiliis, liceatq; inter obrutam ſeruitutem, deforme obſequium pergere iter ambitione, & periculis vacuum; viua equidem ratione dubietatē inductā firmat, quia nedū *Tiberius* Regni cum timore auidus, ſed & Poteſtatis anxius fuit, vt etiam in Suos plerumq; ſæuiret, alijſq; obſcurus *Seiano* ſoli incautū, incertūq; efficeret, non tam ſolertia, quippe ijsdem artibus vinctus eſt, quàm Deûm ira in rem Romanam, cuius pars exitio viguit, ceciditque.

Euenit ſanè raro, vt potentiori Liberto dum Princeps, vel Præſes regit adminiſtratio Reip. Iuris, & ſimul æqui-

æquitatis conſonantiam attingat: exempla ferè innumera ab Hiſtorijs veterum, & recentium annorum exhibentur: ex hoc enim abuſiuo imperio quamplurima prodeunt mala, quibus impoſſibile eſt vt bona adminiſtratio copuletur.

I. Si Priuati elatioribus tumidi ſpiritibus quam vt propria patiatur cõditio, facillimè Vanitati Superbia; Potẽtiæ Audacia; Authoritati Acerbitas immoderata ſuccedet, quibus res omnes ineffabili turbatione quatiuntur: viget adhuc ſuperioris Sęculi memoria grauiſſimi *Franciæ* vulneris à *Ducibus Epernonis*, *&* *Ioioſiæ* inflicti ſub *Henrico* III. à quo prouectis ijsdem ad ſummos apices immoderatam ob eorum potentiam alij Proceres Regni in feroces turbas, ac formi

da-

dabiles coiuerunt.

II. Ex nimia vnius etiam in priuata domo potentia aliorum inſurgit Famulorum æmulatio, ex hac promiſcuum diſſidium erumpens odium infert, ex quo ſperare Priuato liceat æmulis depulſis, fortaſſeq; melioribus poſſe Cliẽtes proprios ſufficere miniſterio: erroneum tamen videtur veteres prò nouis aquirendis Famulis expellere.

III. Dominos à rerum publicarum intima agnitione excludunt; ideòque Oppreſſorũ querelas impediunt gnari ſe tunc diſpotico vti imperio, cum Dominus eorum quæ geruntur fuerit omninò inſcius: hac arte *Comes Oliuareſius* penes *Philippum* IV. *Hiſpaniarum Regem* ſummam potentiam retinuit eovſque *Rex* ab inſcitia expertectus

perrectus ſerò Fraudatorem eiecit.

IV. Quidam precioſo Auri fulgore concuſſi, atque confuſi, ſordidiſſimo hoc vitio immerſi impudēter ſic vtūtur, vt nil ſibi tutius pręſto fore præſidium in calamitatum leuamen, quā Aurum, & opes arbitrantur; quæ tamen vberrimè cumulata tutari nullatenus valuere Hungarici Regni Prædilectum quendam, quin violenter experiretur ſuo cruore venerandam Trabeam conſperſam.

Quapropter ſolemni dicto, potēti ratione *Suleimanus Turcarum Princeps* aſſerebat *Muſtaphæ* ſui Vicesgerentis infidelitate expunctis *Principē vno Miniſtro nonniſi ſemel vti debere*; Fidem enim eòvſque ſinceram profitetur, donec aſſequutus eſt gratiam, qua obtenta abutendo proprium duntaxat

taxat cõmodum ſpectat, & ideò qui ad ſummum Principis gratia fruitur ferè eſt impoſſibile quin vtilitate propria corrumpatur; dum nil à quouis niſi cuius fructus antea prçuiderit, quibus receptis nil vlteriùs ſcrutatur; ex quo Dominos decet ſuę gratię partem famulãtibus parcè impartiri, nõ prò parte gratiã totam, & loco gratiæ profiteri ſe ſtrictè viuere deuinctos. Priuati, ac præpotentis Serui dominationem acrimonia increpat
Rel 5. c. 2. acerrimè Traianus Boccalinus quod in huiuſce turpiſſimę ſeruitutis iugum ſubeunt ij maximè, qui *Ariſtarchi* reputantur, & quorum ingenium amplitudine propria Vniuerſum expendit, cui perbellè conuenit, quod ex Paſtoris Endimionis fabula deducit ſeriò Vir doctus, dum enim illum Lu-

na

na ſingulari amore deperiret ab Cœli altitudine deſcendens oſculabatur: ita ij, qui altitudines, faſtigiaq; premunt ſæpè viliſſimo Liberto per collatos fauores, & gratias eum extollunt, & ſic humillimè deſcendunt: prout *Franciſcus* II. *Galliæ Rex* à Trono non verebatur ad *Fabbri Ferrarij* fornacem declinare; *Epiſcopumque Atrebatenſem* illius Filium ſuæ poteſtatis ſocium adſumere. Ita pariter *Eugenius* IV. *Pontifex* Dominici, vniuerſaliſq; Ouilis Paſtor *Ruſticum* Agrorum Cultorem, viliſſimumq; Offidani Oppidi in Piceno Colonum adeũdo ſeipſum, & *Pontificiam Authoritatẽ* deuouit: nec horum, & aliorum Prĩcipum recentia deſunt exempla, quę tanquam plurima exarare calamus deſiſtit, qui ab huiuſmodi *Priuatis*

Thuan. 24. & 25.

Iuſſa capeſcentes vili ; & indecora proi ſus oſcitantia propriam ſubijcieré maieſtatem ; quorum pudenda cõparatione micat è contra prudentia *Philippi* II. *Regis Hiſpani*, & *Gallici Regis Henrici* IV. penes enim hos nemo fauore ; aut auctoritate præpollebat ; imò *Perezium* , & *Bironem* participes vtriſque arcanorum communis Curia , tanquam Subditos particulares nouit , & vt vulgares Reos damnauit.

Verùm hac tempeſtate ſperare hoc licet , conſequi verò difficile eſt , quinimmò iſta labes diuturnitate temporis grauior euaſit ; Libertorum quippè potentiam , quæ in ſola Principũ ampla dominatione admittebatur , hodie viliſſima quæque domus excolit : huiuſmodi altioris gradus corruptelam vigilantiſſima perſenſit prudẽ-

tia

tia *Chriſtianiſſimi Regis Ludouici* XIV. qui diffuſis, terra, mariue triunphis, vt Eccleſiæ verè Primogenitus amplam florentiſſimi Regni hæreditatem, ac Potentiam ad inſtar Primogenituræ obſirmauit legibus à diuiſione imunem tutãdo, & excluſis à Regio cubiculo *Priuatis* ſola à ſe ipſo dominatione viget Iuſtitiæ, Temperãtiæ, & Pietatis cardinibus non *Priuatorum* Arrogantiæ, Iniquitati, & Auaritiæ innixa; quod ſi *Henricus* II., *Franciſcus* item II., *Henricuſque* III. eius Præceſſores Reges feciſſent, *Guiſios*, *Memorantios*, *Colignios*, *Epernones*, *Ioioſas* vti Subditos, non verò vti Socios, vel Compatronos habuiſſent, ditiſſimum Regnum, Chriſtianæ Reip. decus Hæreſi, Contumaciæ, ac Impietati dilaniandum non exhi-

buiſſent, ſed ſumma pace intùs florente, in exteros militari gloria, vti diebus noſtris ſaniori conſilio feliciter potiti fuiſſent.

Quare ſit ſumma in Iure dicundo Seueritas, dumodò ea nec varietur gratia, ſed conſeruetur æquabilis. &c.

SEVERITATE.

Cap. 26.

NON eſt huius loci celebris diſceptatio data nondum ſententia. *Vtrum Principi vtilior ſit amor erga ſe Subditorum ab eius humanitate productus, an metus à Seueritate paratus?* Quod ingenioſè diſquirunt, & ventilant Politici, & *S*agre-

dus ex Florentini ſententia, qui Sullano Sęculo accomodatum Adagium profitetur, *Oderint, dum metuant*.

Nos de Principe non loquimur, ſed Magiſtratu, cui certè in Iure dicundo accommodata eſt Seueritas, ab Eccleſiaſtica etiam lenitate quæſita, dicente D. Io. Chryſoſtomo Dominum noſtrum moribus corripiendis non illos filios veteris Teſtmēti, ſcilicet Prophetas miſiſſe, neque mediocres poſuiſſe Magiſtros, ſed ſeueros quoſdam, atq; terribiles: hoc enim eſſe omninò mirabile ſubiūgit, quod non adulantes, neque palpantes, ſed è diuerſo Solis inſtar vrētes ferè omnibus ſe tam deſiderabiles reddiderunt; quo conſilio agendum ſic eſt vt nec Truculentia, nec Acerbitas ad efferatam immanitatē veniant, quę *In Mat. Cap. 15.*

Remigibus, ac militibus potius, quã Prouincialibus accommodatur; Magiſtratus enim eſt mediũ agere, plura diſsimulare, aliqua quæ grauiora videntur inhibere, & potius ignoſcẽdi quærere cauſas, quam puniẽdi occaſiones: immoderatæ enim aſperitatis exẽplum fuit infelix exitus Præfecturæ *Ducis Albani* ad *Belgas*, qui ſummè rigentis Iuris aſperitates conſcendendo, ipſa nedum Clementia poſthabita, ſed prudẽti quoq; æquitate, *Comitem Hornum*, *&* *Ducem Agamontium* Capite plectendo lethale vulnus Contumaciæ Belgicæ prò cuius medicamine ab *Hiſpanico Rege* fuerat expeditus huiuſce remedij acrimonia exacerbatum profundiori penetratione incurabile reddidit; Seueritas namque licet iuſtam ſui cauſam

ſum agnoſcat, dum tamen fines moderationis egreditur cõmendari non poteſt. Plutarchus *M. Bruti* æquitatem ſeueram encomijs extollit, vbi *In Bru.* verò ad exceſſum procedit increpat, ſcilicet dum *Filios proprios* Reos, quidem *Coniurationis Aquiliorum* prò reſtituendis Rom. Regno *Tarquinijs* à Lictoribus Capite plecti attento, & impauido intuitu publico Supplicio adſtabat: quod egregiè vocatur à Plutarcho *brutalis, vel diuini Animi effectus*, quia mediocri humanitati repugnabat. Et equidem ſcelerata qualitate graueſcentia, ſeu in Vrbe, vel Prouincia turbulenta nobilitate præpotente permaxima Seueritate profligari vti iuſtiſſimum, ita neceſſariũ eſt. Seueritate *Catonis* lætabatur *Sen. Rom.*, eiuſque verba in ſummo Cen-

ſuræ munere ſuſcipiendo prolata lubenter audiebat; ſe namque Medicũ aſperrimum, non dulcẽ eſſe prò maximis illis morbis curãdis profitebatur. Suos tamen errores, & quamplurimos habet Seueritas, non ſolum cũ ſummam (vt diximus) aſperitatem attingit, ſed etiam cum profitentis illam mores diſſentiunt: vltrò enim flexibili per gratiam, fauorem, munera, preces homini rigens Seueritas eſt incongrua; quapropter rationem preſenti loco æqualitati indiuiſibiliter ſociatam monet Author noſter, ſi eam indultis infringimus iuſtus rigor quem in Seueritate tenemus comparatione gratiæ alijs impartitæ iam nomen ſortietur Iniuſtitiæ; cum non vniuerſitati, prout requiritur, ſed particularibus, vt plurimũ pauperrimis

quibus

quibus antedicta ſuffragia deſunt accommodetur. Nec pariter conuenit homini ad iram prono, & maximè ei cui propria ſententia, vel opinio cõnubialibus legibus copulatur, ac prędilectæ Sponſæ amorem ab ipſo conſequitur, cuius mutatio difficilis, ſeparatio intractabilis, Repudium impoſſibile; eòque magis ſi in eiuſmodi homine acerbitas ſuos penitus mores grauiores reddat, vt ſuaſionibus durum, alloquutionibus ruſticanum, rationibus, & ſupplicationibus contumaciſſimum ſe exhibeat; penes enim hunc Seueritas peſſimi vitij vices induit, quia non ad Iuſtitiam, ſed ad Truculentiam refertur.

Huius naturæ fuerat *Piſo* ille Legionibus Romanis Pręfectus, qui vtcũque à multis immunis vitijs, & inſons

loco

loco tamen conſtãtię rigorem præferebat, de quo Senecæ dictũ huc trãſferre non fœdeat. *Is cum iratus duci iuſsiſſet eum, qui ex commeatu ſine Commilitone redierat, quaſi interfeciſſet, quem non exhibebat, roganti tempus aliquod ad conquirendum, non dedit: damnatus extra vallum deductus eſt, & iam ceruicem porrigebat, cum ſubitò apparuit ille Commilito, qui occiſus videbatur. Tũc Centurio ſupplicio præpoſitus condere gladium Spiculatorem iubet: damnatum ad Piſonem reducit, redditurus Piſoni innocentiam; nam Militi fortuna reddiderat ingenti concurſu deducuntur complexi alter alterum cum magno gaudio Caſtrorũ Commilitones. Conſcendit Tribunal furens Piſo, ac iubet duci vtrumq;, & eũ Militem, qui non occidit, & eum qui nõ perierat. Quid hoc indignius? Quia vnus*

De Ira Cap. 16

nus

nus Innocens apparuerat, duo peribant: Piſo adiecit & tertium; nam illum Centurionem, qui damnatum reduxit, duci iuſsit. Conſtituti ſunt in eodem loco perituri tres ob vnius innocentiam. O' quam ſolers eſt iracundia ad fugiendas cauſas furoris. Te (inquit) *duci iubeo, quia damnatus es: te quia cauſa damnationis Commilitonis fuiſti: te, quia iuſsus occidere, Imperatori non paruiſti.* Vtinã vt tam inſani furoris, ac rabidę Seueritatis effectus licet hominis ſanguinem non attingant, ſed vel pecuniã, vel honorem, exempla defeciſſent hodiernis ſucceſſibus nec quidem apud Indos recurrentibus.

Diſconuenit inſuper Seueritas Viro corde affecto fœmineo, quia ſicut Animi magnitudo Seueritatẽ æquabilem parit; ita cordis imbecillitas abi-

abiectionem ; Vnde vir ſapiens crudelitatem abiectionis filiam adoptat à vili etenim homine Seuéritas in ſolos infirmos, ac debiles exercetur, cum cor deficiat etiam in Potentes, & Magnates cor ferre, exemplo ſocordis canis, qui domi mactatarum ferarum pelles demordet, ac rabido dente dilaniat, quas campeſtri pugna ferocientes ne attingere quidem fuerat auſus, quod etiam vti à miſerrimorum contemptu, ita in potentiorum faſtu, ac Iuſtitiæ detriméto cófertur: æquabilem itaq; Seueritatem Ira, Obſtinatione, Gratia, Fauore, Munere immunem grauitati factorũ accommodatam ſuſtineamus.

Adiungenda eſt in diſputando diligẽtia.
DISCVRSV

Cap. 27.

NON benè conueniunt hic locus, & ille in quo Boccalinus Iusdicẽti diſputationes indecoras facit, ipſius quippè partes ſunt diſceptantes audire, Iura vtriq; parti competẽtia permaturo examine diſcutere, litemque ſententia definire, ne ex inito certamine cum Aduocatis, vel Cauſarum Patronis ad vnguem de Cauſa inſtructis æſtimatio ſorti committatur; & loco expediendi facti verboſa contentio maieſtatem propriam vileſcere permittat. Taciturnitatem potius, quam multiloquiũ Magiſtratus præſeferat, quia, cum quamplurimis caſibus ſola prudentiæ, ac Sapientiæ æſtimatione, ac reputatione occurratur, multi tacitę Rel. 4. Cent. 1

mentis

mentis Iudicis inſcij perterriti facillimè quieſcunt; ſi verò parati Aduocati pręparatæ diſceptationi improuisò exponatur deteriorem conditionem ex inęquali comparatione ſubibit. Tum quia ex longa diſſentatione, vel obſtinationis indicium exhibetur, vel mentē hoc propriam tunc impenetrabilem ratione demonſtrat non ſine ſuſpicione, quod antè informationes decreuerit; & ſcientia maximè, prout alij interiores habitus taciturnitate, & occultatione celebriores efficiuntur, nam (vt quidam ait) ſi ſcita ſcire vna vice diſſimules, aliàs ea ſcire quæ neſcis exiſtimaberis. Aures, vt alias adnotauimus, propriores nobis adſunt, quàm linguæ; melior enim fuit ſemper conditio recipientis, quàm dantis: aure recipitur

tur, lingua plerumq; poſthabita prudẽti cautione iactatur.

At Author noſter prò diligentia, quam in diſputando proponit edocere intẽdit benè ordinatum, ac negotio accõmodatum diſcurſum, quod ex ordine, & diligentia plerumq; faciliorem exitum habet, prout ex aduerſo inordinatiò confuſionem parit, ac propterea implicationes, ac malum finẽ conſequntur. Tribus ad hoc potiſſimùm conſtare debet diſcurſus, *Fide*, *Libertate*, *& Veritate*, vti circa quodlibet negotium (vt alibi diximus) triplici diuiſione verſari debet, *Propoſitione*, *Examine*, & *Reſolutione*.

I. In *Propoſitione*, ſeu facti narratione clara, vera, fideli, nuda, præciſa, facto, ac probationibus nixa non verbis tantùm, cui nil rationis miſceatur

atur

atur; ſed pura, nuda, non obſcura, non vaga, non implicata dubietatum ambagibus, expurgata exhibeatur, vt elucidationi faciliùs ſubijciatur.

II. In *Examine*, ſeu diſceptatione circa quam plenam libertatem omninò habere debemus, itaut nec quidem erubeſcamus, etiam contraria argumenta, forſan friuola, & quoq; temeraria excutere, tam in clariorẽ veritatis triunphum, quam in alterius partis oblectamentum.

III. Requiritur *Reſolutio*, ſeu concluſio veritate obfirmata, & ex iuſtificatis tantùm deprompta, etiam ratione ſuffulta, Aduerſantiumque argumentis planè ſolutis.

Cauendum tamen generaliter ne in diſcurſu, ac diſputatione ingenij laudem quęramus, hæc enim vt plurimum

rimum prouenit ex affectata, & oſtẽſiua potentia, qua ſtultè credimus ineſſe nobis mentem tàm excelſam, vt quodlibet aſſumptum arduum, & tueri, & perferre gloriemur, quia ſic Iuſtitiam detorquentes quid dici poteſt, non quod fieri debet profiteri videmur. Inſuper aduertendum eſt, ne in iocando verborum ioco ex mordaci facetia Proximi, ſiue noſtri decorem lędamus, nam qui cęteros terret ſcurrili lingua, pariter & ipſe grauiùs pertimeſcere aliorum memoriã debet.

ET deniq; *Catonis* exemplo lenitas immiſceatur grauitati, vt amaris, & auſteris dulcior, inter facetias lepidior diſcurſus, & ſermo emergat, & prolectet. Quędam tamen à iocoſa allocutione ſeruari debent immunia,

Religionis ſcilicet actus, Principum geſta, Status contingentia, omne id, quod momentaneo eget occurſu, & quælibet caſus cōmiſeratione indigens: ita ex præordinato diſcurſu, ex attenta in eundem diligentia, ex hac præcautione, nobis perutilis, negotijs proficuus, Proximo nec damnoſus finis ſubſequetur.

Cyrus à Xenophonte. &c.

ANTECESSORIBVS.

Cap. 28.

QVI Cœcum aliena manu ductum obambulantem intuetur facillimè comprhęendet felicem eſſe *quem faciunt aliena pericu-*

la

la cautum, & feliciorem, quem aliena exempla præclara ad imitationem intendunt; ac propterea Anteceſſorum noſtrorum benè, malèq; geſta, defixa obſeruatione recolentes, quẽ finem attingerint, vel proſperũ, vel improſperum ſigillatim adhibeamus mentem, vt ſic bona methodus ipſiſmet nobis præfixa ſedula inſtructione maneamus eruditi, vti cæcus per inſcitas vias, & tenebras ipſas bono duce ſecuro pede gradiemur.

Hac breui lectione vilem Crepidinarium, & Lanionem Traianus Boccalinus excellenti prudentia in Rep. gerenda quantò citò ditare ſe offert, prout ex ipſius ſumma facilitate ſperare fas eſt: longum quippè, vt diximus, iter per præcepta, breue, & efficax per exempla, Seneca dictante, *Ep. 7.*

 quia

quia oculis potius homo credit, quã auribus, & qui priorem nauem fregit ſcopulum facillimè ſecundò euitabit.

Adeoque patens via eſt, qua ad eruditionẽ exemplis inſtruimur, quod nedum bonitatem, verum etiam prauitatem prò Pręceptore intuemur: ſi enim ex lectione, & inſtructione ſana doctrina non promanat bonum morem non imbuimus: at exemplis moniti ſiue bonis, ſiue malis æquè edocemur. Tacitus ex ſelectiſſimis potius factis, quam ex optimis egregia ponit documẽta: ennaratis enim pudendis iniquitatibus finem vt plurimum infelicem nactis, quis hæc in poſterum non oderit? Principes, ac Senatores, qui totum vitæ curriculũ traxerunt actionibus inquinatũ ſceleratis, clauſeruntq; funeſtiſſimis interne-

ternecionibus, quis tam mente torpeſcat, vt imitetur, & non abſtineat? *Iſmenia Thebanus* Tybiæ cantus Profeſſor, & Magiſter præcellentes diſcipulos tum ab egregiè cum à male canentibus optabat ediſcere, ſic ita canendum aiebat, vel è contra canédum non eſt; & Hiſtoria malorum, bonorumque, ac peſſimorum hominum vitam non complectitur (Plutarcho teſte) vti numiſmata omnium effigies exprimentia, ſed vt tam à bonis moribus imitatione, quam à prauis declinatione erudiamur. *Plut. in Demet.*

Barbaros, inexorabiles, & potiſſimum flagitioſos mores *Turcas* imbuere docet Bodinus, quia Hiſtoriarũ, ac exemplorum notitia carent; ſed etiam abſque ſtudio per ſola Anteceſſorum obſeruata geſta id muneris facil-

cillimè explebitur. *Paulus Æmilius Perſij Regis* debellator vano illo more, quo homines quippiam ad ſpeculum in dies ſe ſolent comere reiecto conſiliorum, & prudentium intuitu contemplationem otio dabat, ac preferebat, quorum norma, & methodo res ſuas dirigebat, componebatque; & *Alexander Seuerus* caſibus dubijs ſecurè expediendis preteritorum reuolutionem ad mentem reuocabat; & ipſe *Cato* tanta emicuit prudentia; eò quia *Fabij Maximi* geſta prò ſpeculo habebat iugiter ob oculos familiari hoc verbo, *Prodeſſe plus Sapientibus Stultos, quam Stultis Sapientes*; hi enim quod mali faciunt pernoſcunt, inſtruunturque; Stulti verò quid boni per alios agitur non intelligũt, nec ſequuntur: quapropter Anteceſſorũ

opera

opera tanquam Schola ignorantiæ aperitur, & ideò ibi vti domi meæ lubentiſſimè, ac diù conſideo.

Verùm ſi Anteceſſorum bonis, malisque exemplis inſtruimur, & ſœpè præcauemus quid veſana retributione, velut in Præceptorem ingrati genere, ſta æmulatione deprauata proſequimur, & veluti ſi forent mala damnamus; ab ipſorum probis geſtis deuiare cenſuram æmulam ſupponit, & incurſatio diſtinctionem importat; eorum propterea acta attenta obſeruatione, ac præmaturo examine perpèdamus: gnari quod leges egregię, exempla honeſta ex delictis quoq; aliorum progignuntur.

Eſt autẽ non modò Cõmodo ſeruire, &c.

COMMODIS SVBDITORVM.

Cap. 29.

POPVLORVM Beneuolentia faciliori conciliatur ingenio, quam prò ijsdem ditandis inſtrumenta exquirere; hæc verò ſunt *Mercatura, Nauigationes, & Artium* peculiare, generaleque exercitium; ex his quidem affluunt vberrimis Populis, ac diuitijs Vrbes, floridaq; in parte fruuntur amicabili quiete, atq; re ſtudiosè parta dilabantur turbas arcent, & diſcordias, & vbiq; continentur omnes in ſuo officio; è contrà perturbatìs Ciuitatibus, & neglectis mercimonijs locũ pacis occupat ſolitudo

tudo, & ocium. Expleuit egregiè, & puro corde obſequij numeros Populus Rom. erga *Clementem* IX. *Pontificẽ* dum ſedulò incubuit, quò ſericum artificium *Romæ*, *Firmi*, alijſq; Eccleſiaſticæ ditionis Municipijs adſtrueretur, ac in dies magis, ac magis feliciter augeretur.

Quod proſperè *Sigiſmundus Cardinalis Chigius* [*quem ſæuiſſima Parca immaturo ictu, viridiq; annorum vere, lacrymoſa Orbis, Vrbiſque iactura, eò quod precioſis Virtutum dotibus, geſtiſq; Seniorem crediderit, dum huic folio vitã daremus è viuis abripuit*] proſecutus fuit *Ferrariæ Pontificius Legatus*; Princeps verè omnibus excultiſſimis virtutibus tam ornatus, vt quidquid in alijs ex optima diſciplina cumulatum appareat in eo ipſo ſola indolis, & mẽ-

✠ Obyt Romæ XXX Aprilis 1678

celſitudine elucebat, adeò vt adiun-
cto ſūmo virtutis cultu ineffabili pru-
dentia percellebat: Ditionē ſibi com-
miſſam ſimili commodo ditabat, dū
parui Padi Nauigationem ad vſque
Adriaticum indeſinēti, ac defixo ſtu-
dio procurauit. Vtilitas quoq; Prin-
cipi ſupremo ex Subditorum cōmo-
dis accedit, nam eiuſdem qualitatis
caput eſt cuius ſunt membra: ideò *E-*
mir Arabiæ Petreæ vilium Paſtorū Prin
cipem tanquam pauperrimum Patrē-
familias miſera Subditorum cōditio
conſtituit. Pacis item reſpectus Sub-
ditorum commoda, & pręcipuè Mer-
caturam ſuadet; quamplures enim
vrbes ditiſſimis mercimonijs opulen-
tæ à turbis, ac ſeditionibus immunes
Mercatorum ope ſeruatæ fuerunt ob
metum ne publico diſſidio priuatæ e-

orum

orum diuitiæ diruerent; immò quod *Anglicæ* turbæ poſt *Caroli Regis decollationem* Mercatores ratione antedicta penitus extinxere; ex quibus optimè quidam Sapiens diuitias, & mercimonia Virtutis; & Fortunæ obſides appellat; quibus homo ad maxima, & deteriora promptus ne ruat continetur. Verùm plerumq; mihi hęc, & ſimilia audienti dubium hæſit iudicium; quare opulenta negotiatio perutilis Reip. Principi, Priuatis ex Iuris cōmunis diſpoſitione in *l. tertia C. de Commercijs* ad Plebem reſtringatur, Nobilibus tali exercitio interdictis? at manifeſtè comperij in hac diſpoſitione arcanum Dominationis includi; cum enim Princeps propriam ſecuritatem in Armis teneat, & non ignoret Nobilitatem ſi aliquādo, vel

ſemel

ſemel delibarit dulce Mercaturæ lucrum eam Armis poſthabitis fore ſectaturam non ſine dedecore gloriæ, diſciplinęq; militaris, & proprij Status diminutione, & periculo propriæ Perſonæ, vti Exterorum præpotentię expoſitæ. Qualis tamen ratio cum nõ vigeat in Ditione Eccleſiaſtica, cui ab alto tutamen eſt, & cuius fundamenta ſunt in Montibus ſanctis, meritò *Clemens X. P. M.* Nobilibus quoque Mercaturæ exercitium indulſit; prout etiam *Magni Hetruriæ Duces* è Magiſtratu in Repu. ad Tronum aſſidentes benè Mercimoniorum leuamine acerbitatem Armorum *Florentinis Ciuibus* familiaré cõtemperarũt,

Nullum æs alienum nouum contrhai Ciuitatibus, &c.

NE-

NEGOTIIS COMMVNITATIS.

Cap. 30.

CVM Præſidis Prouinciæ officium expleatur *Pacis*, *Panis*, ac *Iuſtitiæ* cura, meritò Authoris noſtri conſilio quartam adiungimus, ſcilicet diligentem in Rebuſpublicis *Economiam*; decet enim Præſidem vti bonum Patrem inter minores, ac prodigos filios Patrimonij eorum vti Curatorem legitimum curā ſuſcipere, quoniam ſi ipſe negligit, vtilitas priuata Rēpublicā deſtruet.

Huic graui negotio varia Decreta præſcripſit ſingularis Solertię Princeps *Clemens* VIII. *P. M.* Diplomate, quod *de bono Regimine* appellant, vbi tot economicis, & ſalutaribus prouiſio-

ſionibus normam apponit, vt alteriori ſcrutinio locus non ſit; permaximè etenim publicorum negotiorum euerſiones, vel ex incuria, vel ex Priuatorum iniquitate proueniunt: idcircò egregiè *Reſp. Veneta* ineuitabili ſummæ ſeueritatis pœna plectendos vult quos temeraria publicæ pecuniȩ profuſio, vel iniqua ſubtractio Reos facit *Capſæ defraudatæ*, vt appellant.

Qualis cura exactiorem exigit attentionem dum publici Erraríj damna à prȩpaucorum Conſiliariorum iniquitate prouenientia Miſerrimorū, Viduarum, Pupillorum ſubſtātijs reparanda ſint, ex Pedagiorum impoſitione permaturè facieda; ita ut minimè abſurdum ſit dicere id quod penes Tacitum exprobauerat Tiberius, *ſi Erranium ambitione exhauſerimus, per*

ſcelera

Ann. 2

ſcelera, & inimicitiis ſuplendum erit.

Miſiæ Latrocinia, Cædes. &c.

GRASSATORIBVS, ET FVRTIS.

Cap. 31.

RES omnes Prouincialiũ Magiſtratui eſſe debere cariſſimas edocet ſuperius ſapientiſſimus Author noſter, ac propterea illas à furtis tuendas eſſe ambigit nemo. Inſeruit Principi Subditus cõſtanti fide, recepta inſtar mercedis tutela per idipsũ Perſonæ, Bonorum, & rerum omnium: vigilantia propterea Præfecti in furtis exquirendis pia, & inexorabili ſeueritate plectendis rariora efficiet: at quod maximũ eſt teter-

teterrimis viarum Graſſatoribus per externas indictas pœnas deturbatis occurrere neceſſium eſt.

Ipſam Rom. Remp. *Numidæ Tacfrinatis* peruicax protreuia vexauit pudenda commiſeratione reducta ad ignobiles quærendos triunphos contra turpem latronem poſtquam adepto totius ferè Orbis prædominio excelſior apparuit. Talem quoque ſortem experta fuit pręſenti ſęculo *Reſp. Veneta*, quæ licet formidabilis mari, terraq; diffuſiis in præpotentes et a in Principes triunphis *Vſchoccos* (vt appellant) videre coacta fuit latrones contra ſe inſilientes & perpeti, qui deprædationes, deuaſtationes, ſacrilegia, rapinas inuexerunt ſanguine ipſorum vel Nobilium paſſim adſperſas: quinimmò præſentibus temporibus

Nann. Hiſtor. Venet.

bus

bus *Regni Neapolitani* inferunt Publico iniqui Graſſatores exitiales ſciſſuras, ſum̃am *Hiſpanorum* vim, ac potentiam ſpernentes, ac illudentes:

Ex quibus dignoſcitur vigilantiã potius, quam potentiam prò ſceleſtiſſimis hiſce hominibus extirpandis aptiorem eſſe; eò præſertim conſilio, quia ex Furtis, & Graſſatoribus maximè turbetur Pax, cuius cultùs eſt vnus ex publici regiminis cardinibus; ad quem apprimè confert Exulantiũ certa notitia, & cautio, ne ab Incolis excipiantur, minuſq; ſubſidiũ habeant: immò cogendi Proximiores conſanguinei, quò fideiuſſionẽ præſtent Exules iſtos nullibi Statum eſſe ingreſſuros. At omninò hic ſunt ea referenda, quæ *Sixtus* V. P. M. in Prędones acerrimos prudẽtiſſimè ſanciuit

uit.

I. *Vt Ruri manentes incolæ intus Municipia, & Terras moram trahere cogãtur, ære publico Domus penſione ſoluta; vna ſecum aſportãtes quicquid ex alimonijs in proprijs ædibus retinebãt ne iniquæ pateant Latronũ ſubtractioni in ſubſidio,*

II. *Vt hiſce derelictis ruralibus domibus Portæ, ac Feneſtræ muro claudantur vt & fiant inuolaturis inhabiles, & armatis furibus fortilitium ne præſtent.*

III. *Vt Terris, ac Municipijs, forenſibus ſic introductis cuſtodię hominum, nocturno potiſſimùm tempore quam vigilantiſſimæ adhibebuntur; publicis impenſis eorum mercede perſoluta.*

IV. *Vt Molendina extra vrbes, ac Terras forenſibus aggreſſionibus expoſita vel deſtruantur, vel ſumptibus Dominorum cuſtodiantur, ne quid frumẽtariæ*

rei

rei, vel alterius commeſtibilis minima quantitas ipſorũ Latronũ fami ſuccurrat.

V. *In hunc eundem finem à Ruribus Cauponæ, Tabernæq; auferantur, inhabitabileſque reddantur.*

VI. *Præceptum ſeueriori pœna pręmunitum cunctis pateſcatne foris extra Terras Veſtes, Vina, Panes, Cibaria, ephippia, Fræna, Arma quietis prætextu aſportentur, niſi de Superioris licentia, gratis quidem, ſed ſumma cautione concedẽda, ne ſceleſtiſsimis hiſce hominibus eo modo deferantur.*

VII. *Quod pro Ruſticorum Agros excolentium alimonia, ſeu Paſtorum non niſi dietim, & rigoroſo præmiſſo examine deferri quid permittatur.*

VIII. *Pro Armorum quorumcunq; reaptatione, Pulueriſq; ſulphurei, ac Plũbi pro bellicis tormentis venditioni locus u-*

nicus , vel duo tantùm deputentur , vbi nonniſi Perſonis apprimè notis prædictorũ nulla venundentur.

IX. *Medicis , Chirurgis , Pharmacopolis , alijſq; Peritis prò corporibus curandis forenſium cura interdicatur : ſimiliter Vnguentorum , ac Oleorum medicamina niſi ad notiſsimæ Perſonæ cõmodum Superiore annuente adhibeantur.*

X. *Ante Solis occaſum Terrarum Portis intercluſis niſi poſt illius ortum mane ſequenti nemini prorſus aperiantur , Cuſtodibus interim euigilantibus.*

XI. *In locis maris littori patentibus Nauibus vela , Nauilijſq; Telæ auferãtur ne nocturnam nauigationem inſumere queant.*

XII. *Portus verò celebriores in quibus tam exacta diligentia importuna foret diligentiſsimis cuſtodijs in hunc eundem finem*

nem

nem præmuniantur.

XIII. *Bannitorum, ac aliorum Latronum Conſanguinei, vel Affines fideiuſſiones præſtare cogātur ipſos Statum, & Principis noſtri Iurisdictionem non eſſe ingreſſuros.*

XIV. *Eccleſiaſticæ quoque Perſonæ, ac Religioſi potiſſimum dites, Epiſcopali Curia annuente intus Terras, & Oppida introduci patiantur, vna cum eorum parata annona; his ſolùm exceptis, qui ex paupertate dietim victum quæritant, & quorum ſimplex bonitas à Latronum Intelligentia, ac commercio ſeiungit, & vilis, ac modica menſa eorundem ſubuentioni inhabiles facit.*

! *Nihil crudele, atque omnia plena Clementiæ, Manſuetudinis, Humanitatis.*

CLEMENTIA.

Cap. 32.

TRVCVLENTIÆ, efferatæq; immanitatis rabiem Feris potius domandis, quam locijs hominibus regēdis aptiorem eſſe teſtantur omnes Ciuilis Prudētiæ Profeſſores, eò quod Remp. gerere nil aliud ſit, quam ſalutis alienæ curam præſeferre, poteſtatem laudabili moderatione continere, nequam e ſtrœnis iracundiæ pruritu pœnas adaugere in ijs plerumq; negotijs, quę retractationis beneficium non admittunt *Theodoſij Imperatoris iuſſu* pœnæ capitalis poſt trigeſimum diem à ſentētia executionem differrentis.

l. 20 C. de Pœnis.

Huic moderationi omnia nomina, quibus Author noſter tribuit apprimè conueniunt, idem enim ſonat ferè

rè eſſe clementem, humanum, & mā-ſuetum, quapropter cauendum eſt, ne locum Clementiæ Iniuſtitia occupet, & ſcelerum, ac flagitiorum diſſimulatio eādē operiat; idcircò quibus caſibus adaptata ſit perpēdamus.

I. Principibus peculiare ſit Clemētiam colere, Seneca *Neronem* ad id commonente, ac Natura dictante, ad Apum imaginem, quarum Rex *aculei* eſt expers.

II. Clementiæ vſus neceſſarius dignoſcatur in Delinquentium copia, quorum exacta punitio ſolitudinem affert, & vrbem quam moderari Iuſtitia debet, hæc rigore ſi exuberet euertit, ac deſtruit. *Innocentium* X. P. M. *Cardinali Imperiali* profecturo *Firmum* Maieſtatis reum ob *Gubernatoris* cædem ferunt dixiſſe: *Ciuitatem ha*

bere habitatoribus vacuam, nec vtilitati, nec decori fore Apoſtolicæ Sedi, id circò rigidæ vltioni præſtare Clementiam.

III. In leuibus Erratis æquè Clemētia locum habet, in quibus veniam decentius eſt, quam ſeueritatem habere exemplo *Iulij Agriculæ* à Tacito commendati.

IV. Maximè cõuenit Delictis, quę iuſtus dolor progenuit, & ratio dictauit; ideò *Dolabella Aſiæ Proconſul* Mulierem Smyrnenſem Mariti, ac proprij filij necem cõfeſſam, ex eo quia filium ſuum ex priori matrimonio cũ alio viro progenitum antea necaſſet ad Areopagitas Iudices Athenis remiſit, qui cauſa vtroq; informante cognita ad primam diem iuridicam poſt centeſimum annũ exinde excurrendum monuerunt partes hinc indę.

Ammi. Marcel. lib. 29.

tunc

tunc temporis audituros, ac terminaturos: ſic dilata ſententia ne factum ratum haberi videretur Clementiam abſque Iuſtitiæ labe inuenere.

V. Conuenit quoties Delictum vel Nos, vel Noſtros tangit, quia cum pars pœnæ ſit ſolatium reddere Offẽſo vltione mediante homini in poteſtate poſito nullatenus tam abiecta ſatisfactio conuenit: ſed potius gloria, quam prçclarè nanciſcitur ex venia; *Cæſari* enim *Dictatori* familiare fuerat dictum. *Miſerum eſſe ſeruitutis inſtrumentum Crudelitatis recordationẽ, prout carum ſolamen Clementiæ vſum*.

VI. Apprimè decet in Delicto quod ſola pœnitentia emendetur; in alium etenim finem fertur legis rigor, quã in meliores, ſeu tutiores homines reddere; quare cum id pœnitentia

conſequatur benè Clementia, & venia refulgeat, vt penes Tucydidem
Lib. 3. conſulebat eloquenti, ac ſua oratione Diodorus Athenienſis.

VII. Perſonæ delinquenti ſanguinis, valoris, ſcientiæ, virtutis, artiſque cuiuſpiam inſignis prærogatiua
l. ad Bestias C. de Pœn. Clementia debetur: iuris quippè diſpoſitione perſpecta. *Henricus* IV. *Caroli Bironi* ferocitati, & gloriæ militari pepercisset, ni inficiati criminis pervicatia ſupplicium extorſiſſet.

VIII. Initio Imperij Clemētia congruit, per hanc enim ſub auſpicijs noui Principis Populus dulci prolectamento afficitur. *Pius* V. Pontifex Sāctiſſimus dum monebatur, Romanos rigorem ſuum pertimeſcere nimis. *Ita me Deus iuuet* (inquit) *vt Pop. Rom. morti meæ, quam Electioni ingemiſcat*.

Cle-

Clementiam, Manſuetudinẽ Crudelitatis, Acerbitatis prorſus immunem tam habeamus paratam, vt ex his caſibus quilibet clementes actus aſſequatur, & interim curæ intentos ſemper lenibus verbis in ſolamẽ Prouincialibus nos exhibeamus; procul ſanè ab *Domitiani* iniquitate, qui nũquam triſtem, & ſeueriorem ferret ſententiam niſi præmiſſa fictæ Clemẽtiæ præfatione, adeò vt exordium mitis diſcurſus eſſet atrocis, ac ſeueriſſimi finis prodromus; ſed Plinij monitis intenti ſciamus. *Vnum ille ſe ex nobis, & hoc magis excellit, atq; emicat quod vnũ ex nobis putat, nec minus hominem ſe, quam hominibus præeſſe meminit*; & à *Fabio Maximo* diſcamus Canes, & Equos diſciplinam amore faciliùs, quã ferro, & baculo recipere. *In Panegirico*

Su-

Studium in Doctrina , ac Sapiētia collocare , &c.

STVDIIS.

Cap 33.

NON habet Animus oblectamenta iucundiora, quã Studia, ſicut Prudentia Conſiliariorum tutius, quam Librorum conſultationes: tribus enim ſubuenit literaria applicatio; *Delectationi* , *Ornatui*, *Habilitati*. Quis recreãdæ mẽti non ſtudio gaudeat? Aduerſa auertit Studium , &auocata quadam intercipit, & mulcet lætitia; dubia varijs perlectis ſucceſſibus diluit: curarum & molem, quibus mens premitur varietate ſubleuat; volẽtem alloquitur, nolenti

nolenti ſilet, aduenientibus negotijs æqua mora occurrit, ceſſantibus non incuſata tarditate promptius adeſt, & prout cętera hominum cõmercia varijs modis implicata libero animo non excipiuntur, ita pacato, liberiorique Libri hæc vſu tranſigimus.

Ornatui Studium prodeſt, quia experimur elegantiorem eſſe diſcurſum penes quem frequẽtiſſima eſt Lectio; verborum enim candore, & ſucceſſuum velut floribus eruditus ornato cęteris diſcurſu præfulget.

Ad Habilitatem confert vberrimè Studium: ingenium quippè variorum notitia inſtruitur, & veluti caſtigatione rectificatum in magis maturum, ac perſpicuum vſum pro iudicio proferendo faceſſit,

At tribus hiſce vtilitatibus terna

quoque

quoque damna opponuntur præcautionibus quidem euitanda: nimium enim temporis in Studijs terere ſegnitiæ eſt: nimius eorum ornatus affectationem parit; & iudicium ad eorum normam omninò componere de more Scholaris eſt. Idcircò ne tam vtilis applicatio labefectetur quid cauendum expendamus.

Romani dudum nimia, & intenſa Studiorum applicatione remotiſſimis temporibus per ſpecialem prohibitionē fuerant interdicti: fatetur enim Iulius Agricola ſe in prima iuuenta acrius Philoſophiæ ſtudium, quā conceſſum Romano, ac Senatori hauſiſſe, ni prudentia Matris incenſum, ac flagrantem animum coercuiſſet eam ob cauſam, quod defixa, & acris intentio ad Studia mentem, ac animū

eneruat

eneruat, adeò vt conſtantiæ, fortitudini, alijſque moralibus virtutibus, quibus probitas vera ſplendeſcit æquabile robur detrahatur; & etiam, quia hoc modo diſtractum tempore belli, & armorum exercitium, quo in primis præpotens Reſp. Rom. floruit, viguitq;, vti laborioſius deſerebat iuuentus: ſicut etiam accreſcēte rerum ex Studijs ſcientia damnoſam propriæ opinionis prędilectionē metuebant, quę Cōtumaciam, Proteruiam, Indocilitatem, Pręſumptionē, & Vanamgloriam poſſet ſiniſtra fœcunditate progignere; quos effectus videmus hiſce temporibus, & experimur: nam pacata animi moderatio, quam ferunt Studia in rudibus potius ignariſq; hominibus reperitur, quam in ijs, quorum ſummam in Studia defixionem

fixionem Proteruia ſola conſequitur, nimiaq; mens excalefacta, ac confuſa ſcientia animum ad virtutes imbecilliorem reddit, quia onus humeris adaptatum debetur; & ſi infertur eotum robori onus eſt benè defertur;ſin autem vires omninò premat ſtatim oſtenditur ex lapſu impotentia.

Animus noſter habilis fit ex ſcientia: at vbi multùm anteuenit eiuſdē pondere preſſus licet ſciat, tamē ſcita non moderatur, ex qua immoderatione Pręſumptio, ex hac Obſtinatio prò Conſtantia habetur. Exēplū ſimilis peruicacię tradit Vir egregius obſtinationem, & ſimilem in ſententijs ardorem infallibile argumentum eſſe Beſtialitatis; *Nil*(ait) *certior, gratior, conſtantior Aſino: at tantùm abeſt vt virtutis imaginem præferat, quod immò*

immò vti ſtoliditatis ſimbolum demonſtratur. At ſi de vera, & ſana Philoſophia Romani metuebant, quid egiſſent ſi illius(vt ita dicam) profanationem ſeculis noſtris à ſubtiliorum hominum curioſitate adinuētam nouiſſent? Ipſa olim Magiſtra Virtutis, Mentis Cultrix, & Typus, quo auſu dicam temerario ad diſſidia, ad iurgia, proteruias, obſtrepanteſq; contentiones inſtruendas proſtituta eſt? Quid diceret Zeno qui(vt innuit Seneca) cathedraticam ſubtilitatem oderat; ſi modò non amplius de vitijs, & virtutibus, ſed de ſuperuacaneis diſceptari acri, & clamoſo impetu audiret? Viros reminiſcor habitu, & moribus graues cathedratico quādoque circulo de ipſis ſpiritualibus Subſtātijs importuna curioſitate, bellico *De Vita beata*

O quaſi

quaſi modo decertaſſe. *Num Angelus locari poſſit in puncto per ſe indiuiſibili, ibiq; locatus num moueri poſſit? & ſi ſe ſe moueat, num per lineā gradiatur, & æquali motu ſcilicet* (vt aiunt) *diſcreto, vel continuo, ideſt de puncto in punctum gradatim? vel per ſaltum de vno ſaltitando in alium?* Hiſq; ſimilia quāplurima erant, in quibus tam peruicaciter viciſſim obſiſtebant, vt Angelica virtute opus eſſet qui patienter hiſce importunis diſquiſitionibus intereſſe poſſet. En quò illimitata Studiorum euagatio Animos deferat, cum è cōuerſo quamplures harum inaniū ſubtilitatum cultores, nec Iram, nec Auaritiam, nec Libidinem cohibere, qualis eſſet verus Philoſophiæ finis nullatenus ſciant; quemadmodum etiam pro ignoto habent quid Fortitu-

do

do, quid Conſtantia, quid Moderatio animi, quid Morti æquo animo resiſtere importet; ſed *an Materia prima recipere ualeat formas amiſſas? an detur vacuum?* quo etiam dato nil ad ſummam viuendi normam refert, aliæq; huius notę, quæ, vt dixit Seneca, *ſiue contineas nihil tacitam conſcientiam iuuant, ſiue proferas non doctior uideberis, ſed moleſtior*: & ad hæc attenti mutua diſſonantia in rabie acuēda Philoſophiam pudenda transformatione corrumpunt. *De Vita beata*

Abſit tamē vt hic ſermo veros Philoſophiæ Profeſſores afficiat; & maximè illos, qui ea vtuntur ad altiora ſacrę Theologiæ Arcana percipiēda; hos enim firmo, & vlteriori fine agūt verba noſtra non tangunt: ſed illos tantum qui partim Philoſophos, par-

timq; Iuriſtas ſe profitẽtur, & nec Iuri, nec Philoſophię incumbũt: fallaciam nullatenus prȩſẽtiẽtes ſpeculatiuam Theologiæ ſolumodo, Moralem verò Iuris intelligentię inſeruire.

Literariæ quoq; diſciplinæ exceſſiuus ornatus debitȩ grauitati oon cõfert, quale eſt ſecũdum ex nimio ſtudio detrimẽtum: ornatus quippè nimio ſtudiorum cultu apparatus oſtẽtationem affectatam exhibet; id enĩ in Pedagogis obſeruamus, quorum moleſtum, & turpi affectatione odioſum ſermonẽ mens ſapiens abhorret.

Iudicium inſuper totaliter ferre adamuſſim ad Studiorum normam non minus erroris eſt; eſtq; tertius à cuius exceſſu affici nos ſolemus: vir enim, qui plus Libris, quam rebus: plus Literis, quam caſibus intentionem ac-

com-

commodat inani affectatione de illis iudicia profert, cum Ciuilis Prudentia potius rerum conſequentia, & effectu, quam Theoricæ dictamine reguletur. Sapientiſſimum in Iure *Baldum* in *Tuderti Prætura* negotiorum inſcium nimia Scienti fefellit, vbi infelici methodo Ciuium odia nimis exprimens per *Ianuam* ingreſſus, *Fenestra* depulſus fuit, quia omni verbo literis, ac Paragrapho, non autem rebus conſuĕdo cauillationes, & tenacem duritiem retinebat.

Si ergo Studiorum cultum fortiori quam par ſit enixu ſectemur ad incõgrua nos, & mentes noſtras defert; benè *Cato* Philoſophos expellĕdo Romani Imperij finem prędixit, quotieſcunque literaria applicatio ad hãc mollem laxitudinem mentes perduceret.

ceret: quæ omnia lubentiſſimè etiam adieci cum ignauia innoteſcat mihi mea vt mediocritas, quam ſuadeo Scientiarum mei inſcitiam pergrauē tolerabili comparatione obtegant; & ne Scientiæ apices ingenij mei impotentiam eò magis confundant.

Itaque Studiorum moderata applicatione quæramus Prudentiam; ea verò cum non ſe ipſa, ſed quid extrà edoceant perpendamus, quomodo ijs vti debeamus; legendo nēpè conferendo, adnotādo; his enim tribus modis Studiorum fructus excipiūtur.

Legere quidem non prò elicienda contradictione, & prò iniciendo certamine, ſed prò explenda obſeruatione ſingula ad trutinam reddendo, ac permaturo examine, ac diſcurſu, quæ amplectenda, & quæ reſpuenda diui-

diuidamus: lectionem verò omnibus applicemus animum perpaucis, & optimis tantùm: multi ſunt enim Libri, quos percurrere feſtinanti oculo debemus; alij aliquali attentione lectitandi, & alij ſelectiores fixa mente ponderandi, vt animo attētè eliboratis, & concoctis vitales ſuccos in ipſius nutritionem extrahamus. Hiſtoricos prò prudentia, Iuriſq; Profeſſores conſulemus, hi enim hominem ſapientia firmant; Mathematicæ ſubtilem reddunt, Philoſophia grauem; ita vt ex Studijs accomodato remedio defectus Animi quilibet corrigi poſſit.

Conferentia eſt altera pars Studij optima, & neceſſaria, ex ipſa etenim promptitudo exurgit, & quiquid per legendo mente percepimus repetita

lectione, & conferentia memoriæ cõfirmamus; caueamus ne quod ſuperiùs diximus quorundam Scholaſticorum noſtri temporis peruicacia, & inutilis curioſitas in noſtra conferentia admittatur; & ne prius hoſtilitatem cum rationibus, deinde cum hominibus contrahamus: hoc quippè accidit, quia ad conferentiam, & diſputationem nonniſi voluntas contradicendi, & impugnandi inuitat, & ſic ex impugnante, & impugnato alium fructum diſputatio non adfert, quam veritatis detrimentum, dum poſt prolixam altercationem quilibet in propria opinione permanet inter hæſitationes, & veritatem implicatus.

Eſt tertia, & potiſſima Studiorum pars Adnotatio, ſiue perlectorũ Scriptio; qui enim ſoli confidit memoriæ

labili

labili ſubſidio lecta, & obſeruata patenti deperpitioni exponit. *Io. Franciſco Cardinali Commendono* literis, & Scientia ornatiſſimo ita memoriam ademit Epileſia, vt de omni Scientia tantum ſuperſtes remanſerit, quantũ carthę mandauit.

Prędictis itaq, modis ſtudia colamus, & noſtrum animum ornemus vanas rerum ſubtilitates nil ſcrutantes, nolentęs ad ſenſum Doctoris Gẽtium *plus ſapere, quam oportet, ſed ad ſobrietatem*, ſanam Sapientiam exquirẽtes, quam ſapientiſſimus Salomon non ineſſe monuit ijs inaniter curioſis, qui quæ vident nẽſciunt, & quæ non vident ſciunt, at non intelligũt: ſed ſano conſilio Æquitati, Prudẽtię, ac Fortitudini allaborandom eſt. dixit enim *Ego Sapientia habito in conſilio* *Prou.8.*

&

& eruditis interſum cogitationibus : meum eſt conſiliũ, & æquitas, mea eſt prudentia, mea eſt fortitudo, quã ſola ſtudiorũ ope conſequimur; Studia enim callidi homines ſpernunt; ſimplices admirantur at Sapientes eisdem ſano modo vtuntur.

Genere honorum quid ſentiam, &c.

VANITATE.

Cap. 34.

CIVILIS PRVDENTIÆ Schola eos excludat, quos vana ambitio ſtudioſos, frequentioresq; facit Apothecæ illius, quam lepida ſatyra Boccalinus per Principes exerceri ſentit; *fumi* ſcilicet venditionis

Digitized by Google

ditionis,ac diſpenſationis; prout Antiquitas Coronas Ciuicas, Murales, Obſidionales elargiebatur; ita nunc licet folia, & herbæ in premijs ſuperentur, tamen *Carthas*, & ad ſummũ *Membranã* varijs titulis, & varijs encomijs irrigatam rarò excedunt Benefactores; & tamen pleriq; mortalium vento aluntur, imò inani rerum imagine, ex quo euenit, vt huiuſmodi tantum diſpẽſationi intenta Principum profuſa largitas, quod verè proficuum eſſet Sapiẽtum iactura prętereunt, qui ſubſtantialia appetendo ius Imperij mentiuntur, inania tranſmittunt: ad illorum confuſionẽ, quibus tanta ineſt dementia, vt titulos vanos pecunia ſibi parent; dum hodierna corruptione, aſſiduitate, & affluentia adeò vileſcant, vt gratis

etiam

etiam nolentibus concedantur: horũ ad ignominiam *Cato* cum honoribus vanis *Statuam* inter Patriæ Patres ſibi paratam conſtanter renuit, dicẽs potius velle, vt quęreretur quare *Statua* eius deeſſet, quam cur poſita fuiſſet.

Duobus propterea ſcopulis vanitate honorum Prudentia percellitur, quos hic exponemus, ne prudenti viro ignota ſint ea, quæ etiam leui apparentia ſolida iudicia pręparant.

Primus eſt nimia *gloriæ cupiditas*, quæ hominem promptiorem, & concitatiorem pro ea capeſcenda protũdit; ac propterea perſepè *leuitatis*, ac *vanitatis* vituperium incurrit opera in finem huiuſmodi intẽta; qui enim gloriam ambit Clementiæ, & toto in eam conatu nititur Iniuſtitiæ labem in-

inſenſibiliter contrahet, & qui æquitatem ardentiori methodo ſuſtinere profitetur non facile effugiet immanitatis, & truculentiæ nomenclaturā etenim cupido gloriæ Sapientum vocitatur Stultitia, in hanc enim qui illabitur faciliter inſanit.

Alrer eſt ſcopulus, quo Prudentia nimio vanitatis fumo obtenebrata apices *Cæremoniarum*, ac *Elegantiæ* tā valida affectione cōplectitur, vt plerumq; ex horum cura, & more Maxima negotii periclitetur: huic vanæ Imagini aduerſabatur conſtans virtus *Catharinæ Mediceæ Galliarum Reginæ*, quę Summa ſpectādo reliqua minora ſpernebat; quia *Bellagardium* ad ſe vocatum vt *Sallaſſiorum Marchionatū* obſeſſum dimitteret, cum habere nō poſſet ipſa *Moluellum* alloquij cauſa.

ac-

acceſſit lœta in publicum rata ſi Victoriam conſequeretur, licet ſcrupuloſæ decentiæ non ſatisfeciſſet: item cũ *Henrico Rege Nauarræ*, nam ad ſe vocato, ire renuente, ipſa acceſſit: ſolita dicere ſe finem adeò defixo animo ſpectare, vt quæ media interueniſſet alacri animo ſcrupuloſæ elegantiæ paruipenderet.

At non ſemper Ceremoniarum reſpectus extra ponderationem eijciendus venit; dum enim de Summa Boni publici diſſeritur ſolidiori conſilio adhæreamus illos ſpernendo; ſi verò vel Theatro inſidendo, vel alia non publica, nec affatu digna excipi at ſolemnitas negligenti incuria ne deſeramus; Apparentiæ conſulendo quoties publico bono, & noſtræ vtilitati nullatenus aduerſatur; quia lenio-

uioribus ſcrupulis inſiſtere dum maxi ma vrgēt conſilium videtur illius, qui poſthabita Domo iam dirutura amplis hortis circūſtruēdis intentus eſt; nec nō illorū, qui lethali morbo ægrotantes aureas veſtes expoſcunt, aut tabe laborantes de cura ſuperficietenus digiti in primis agnoſcūtur; cum deridiculum ſit tale corpus ad extremum productum de vngue eſſe ſollicitum.

Et verè quanta hodiernus ſcrupulus ſuſcitat iurgia, dum enim dextera, & læua pars contenditur permaxima negotia perduntur; quod tamē erga homines veræ prudentiæ cultores non reperitur, vti adhortamur.

Medeare incommodis hominum, prouideas ſaluti, vt te Parentem. &c.

MOR-

MORBIS.

Cap. 35.

SAluti prouidere eſt principaliter Magiſtratus cura, cum enim terriculosè peruadat Regiones, & Dei in homines flagellum Peſtilentia cura eius, & præſeruatio ſalutis communis ſpectat & Medicũ, & Magiſtratum; ſiue etenim ex aere nobis circumfuſo corrupto, ac venenato in noſtra attracto, & inſpirato corpora: vnde Authores Peſtem vocitarunt *Venenum Aſtrorum*, ſiue à ſeminario contagioſo accidat ſtatuamus à Deo iuſtiſſimo, optimo nobis immitti, quapropter vt cura, & præſeruatio nobis poſſibilis procuretur, ex commercio propagetur tanquam ad

Fern. lib. 2 c. XI de abditis rerũ

ad infinitum combuſtibile flamma, manus nedum medica, ſed quoque brachij auctoritas, Iusdicentiſq; potentia requiritur.

Relicta iccircò Medicis particularium corporum cura Superiori, tanquam miſerenti, & humaniſſimo omnium Parenti, cuius intereſt publicæ ſalutis normam aſſumere, non tamē ſeiunctoà conſultationibus pręſeruatiuę partis quibus exactè callere tenetur in vtraq; Peſtis ſpecie, qualis cura (vt diximus) consiſtit plerunq; in prohibendo commercio tam generali de vrbe in vrbem, de locis ad loca, ſed & de domo ad domum.

Potiſſimè verò ſedulum, & ſeuerū impendendum eſt ſtudium, quod etiam potentiſſimi Principes hisce miſerandis pręſtare caſibus toto nixu in

uigilarunt, Edictis ſcilicet, & Precce-ptionibus, vt ne Sanis commiſceantur Ægroti, & ne cum Finitimis, ac remotiſſimis quibuſuis admittatur commercium, quorum vel minima redolet morbi ſuſpicio; aduerſus verò renitentes, & preſcripti ordinis violatores vltrò procedèdum extrema pœna ſupplicij.

Verum difficultas maxima verſatur in cuſtodiēdis Confinijs alijs Principibus cohærentibus, quia cum ferè impoſſibile ſit tantam cuſtodiam adhibere, vt quilibet abditus locus, & inſuetæ viæ indefinenti, & viua cuſtodia proluſtrentur neceſſe eſt, vt ſeueritas, & timor has vices adimpleant. Solet preterea aſſeruari vnica via ex pluribus in Aduenarum tranſitū, eamque premuniri, ceteris aliquo ſi-

gno

gno interclusis, vt tabella quapiam à premonēte prohibitionem, & cominante pœnam transgredięti, & in casu ipsius transgressionis obdurata seueritate pœnam exequi.

Nil ergò oportunius, nil est vrgētius in hoc tam graui negotio, quam ipsa summa vigilantia omninò seueritati æquabili iuncta; sed de hoc fusius alio loco, si tempus, & ocium preconcepta sunt edere permittant.

Difficultatē magnam afferunt Publicani.

PVBLICANIS.

Cap. 36.

SI gerendi Magistratum magnā difficultatem afferunt Publi-

cani, qui Rom. Remp. miniſtrabãt, de quibus idem *Cicero* flos Equitum Romanorum, Ciuitatis decus, Reip.
Prò Planco præſidium Publicaonrum ordine con tineri fatetur; quid timendum à præſenribus fuerit, qui ex ambitione ob tenta autoritate poſtremò per pecuniam corrumpunt omnia? quorum prauitatis elucet in teſtimonium illud portentoſum miraculum Saluatoris noſtri in Publicano ad veram pœ-
Luc. 19 nitentiam auocato, coercendus propterea iſtorum effectus monet Ciuilis Prudentia, & Populorũ tranquillitas.

I. Acerbos, iniucundos à perſimili exercitio excludendos putamus, gnari quod vectigal immaniter extortum duplici grauius premit, dum & pecuniam ablatam, & acerbitatem contractam Plebi oneroſam eſſe cõ-

pertum

pertum eſt. *Neapoli* per *Thomam Aniellum* commotam ſeditionem prodũt recentes Hiſtoriæ propter acerbiorẽ exactionem à Publicanis vectigalium Pomorum primordia habuiſſe.

II. Vt Leges quibus exactio ipſis eſt demandata non occultò, ſed publicæ notitiæ pateant.

III. Ne omiſſas exactiones vltrà annum exigendas reaſumant, ſibi imputando ſi tempore debito iure proprio non fuerunt vſi; multùm enim Subditos tędet, maximè pauperrimos, qui ex ſola vita ſubſidium in dies quæritant vectigal ſoluere anteacti temporis cuius ſola remanet amara recordatio.

IV. Iudices cõtra Publicanos quolibet tempore ius reddãt, & adeò patens exoptaretur hæc Fori facilitas,

Digitized by Google

vt penes quamlibet Curiam ſimilis cauſa agi potuiſſet; ex multiplici enĩ Superiorum Cenſura facilius in officio continetur. Verùm hanc piam ſubiectionẽ iniquitati obnoxiam præuidentes Publicani in quamplurimis locis, ac Principatibus Iudex peculiaris rerum ſuarum priuatiuè quoad omnes cognitioni pręficitur, vt ordinariorum ocularem obſeruationem ſibi ipſis permaximè grauem, & infeſſam aufugiant.

V. Cauendum ne Vectigalia (ſi fieri poteſt) ſuper rebus à naturali locali ſolo procreatis imponãtur, dum enim quis peregrinis, & eſtraneis luxu dictante oblectatur lubentiori pace impoſita onera perſoluet, quam qui neceſſitate alimonię, vel amictus proprijs contentus ægris oculis fructus

tus terræ à Deo Opt. Max. gratis Patriæ ſuæ datos hominũ auaritiæ ſubiectos intuebitur.

Prçcaueamus idcircò ne Publicanorum nequitia quid minimum Plebis, Communiſue attingat, & quod iuſto Principis iuſſu exigitur, id pacato animo, blandis potius, ac conſolatorijs verbis, quam ſçuo rigore perſoluatur.

Excipiam vnam Iracundiam. &c.

IRA.

Cap. 37.

IRA, quæ à bilis, & ſanguinis feruore prouenit eſt probæ Matris filia praua; bilis enim homi-

nem vt plerumq; facit erectæ, & proceræ ſtaturæ, ſic & in actionibus alacrem, & promptum, adq; ſuma negotia peridoneum reddit: at Ira ab genitrice bona nequaquam quid boni ſecum ducens iratum hominem

Cap. pr. (vt deſcribit Seneca) *audacem facit, minacem, vultu triſti, facie torua, citato gradu, inquietis manibus, verſo colore, ac vehementius acrem crebris ſuſpirijs.*

Quare ergò à bona cauſa praui effectus? à bono Parente diſſimilis Proles? à claro fonte tam turbidi Riui? egregiè rationem reddit Seneca propter bilis aduſtionem, & propter malum vſum. Aſſequamur ergò matura ponderatione methodum fructus colligendi bonæ radici non diſſimiles.

In primis expendamus quo poſſit modo

modo ira deuitari ; ſiq; ſuperueniat quo ingenio eludi debeat; atq; ſi ab ortu connaturalis fuerit ad quemnam bonum vſum adaptari queat.

Normam fugiendæ iræ egregiè tradit *P. Senò*, prçuenire ſcilicet debemus eius primordia antequã expullulent radicitùs euellendo ; ea nempè fixa cogitatione, quibus iraſcimur non mereri, vt prò tam vili damno tam graui laboremus morbo: morbo inquam grauiſſimo, cuius inſultu fuit extinctus *Turcarum Princeps Suleimanus* in Pãnonia prò *Seghetti* expugnatione. Rimari ex nobis metipſis debemus eſſe diuitias, eſſe honores ſublimes, quia noſtra ſic nos conſtituit mirabundos imbecilla æſtimatio, nõ ſanè quòd eorum fragilis cõditio apparentem faſtum comonſtret, & nos *P. 1 diſc. 3*

deci-

decipiat. Ira nos relinqueret immunes, ſi virtuti ſolum accommodatos reperiret; eſſentq; huius rabidæ feræ morſus inſenſibiles, ni nos ipſi dẽtes acueremus: illa enim profũdiori ictu penetrat quò Ambitio, Auaritia, & Odium viam parat: hominem diuitias veluti Fortunæ mobilia vſu conſumenda ponderantem Ira non aggreditur, quoties illa deperdere contingat, eoquod tenaci predilectione nõ complectabatur. Qui honores non cupit, nil Irę ſentiet ſi expectata non adueniant; & qui odia non nutrit Irã non experietur; ſi inuidia vacabit, ſi hoſtis felicitatem reſpiciat, nec vindictæ ſitim ſentiet, ſi odium quod inculcat deficiet; qui Mundi conſtitutionem, ac Fortunæ volubile imperium nouerit improuiſa non formidabit

bit, nec euentuum aſperitate terrebitur, nec ignarus homines etiam regali faſtigio, & potentia ad ſumma elatos ludibrijs Fortunæ, vt viliſſia fragmenta, & palcæ ad ventum expoſitos; non ſecus ac veſtis aurata à tinea, & vetuſtate vti vilis lana in laceras relliquias deformata; iniurias non timebit, nec ad iram coõolabit, qui (ſi iuſtæ ſint) virtute, ac iuſtitia forti animo fuerit; ſi verò iniuſtæ, vilios damnum ſibi irrogatum, quam maior eſt iniquitas irrogantis cognoſcet: aureo Senecæ præcepto *Non eſſe magnum animum, quem incuruat iniuria; nec Innocentiam clariori fulgere ſplendeſcere, niſi Conuiciorum tenebras effugando.*

Hiſce ſalutaribus præcautionibus animus expurgatus Iram non ſentiet,

eaq;

eaque vti viribus deſtituta nec orietur, & orta citò occumbet; ſi verò præuentiuo remedio virtus non ita emicauerit, vt Iræ ingreſſus denegari non poſſit, etiam circumuenta bene obſiſtere valebit: tali enim animi infirmitati nil remedij eſt oportunius, quam ipſa tolerantia, quę in moderatione conſiſtit, præſertimq; ſilentio; exemplo *Socratis* cuius ex ſilētio innoteſcebat Ira; ſi febris, dolorue, aut alius ex morbis, quibus humana ſcatere ſolet fragilitas toleratur, quare Ira leuior, & breuior dum faciliorem habet medicinam nullo vlteriùs indiga remedio pręter ipſam ſufferētiam non ſuſtinetur? vtinam omnes corporis ægritudines noſtræ tam patentem poſſent aſſequi correctionem.

Hac vice diſcedēdo à pręclari Viri ſen-

ſententia ſentientis Iram diſſimulatã, & abſconditam eò magis nobiſcum ſubſtantialem fieri; & vt *P. Senò* ait Iram Animal eſſe, quod vti vepra capite venenum defert, ſi firmare tentemus fortius efficitur.

Iræ aggreſſiones ſola patientia vincamus, & tanquam exitiabili morbo correpti à morbis, à conſilio, à negotio ſeparemur; Ratio enim quæ vexillum ſupra noſtros ſenſus preferre debet Ira dominãte humillimo loco ablegari quaſi coacta eſt, nec eſt ullo modo ſociabilis.

Aggrediamur, quod tertio loco ponderandum propoſuimus, ſi non poterimus Iram longè arcere, ſi non eius aduentum ſuſtinere, nitamur ſaltem illam bono vſui accommodare. Ariſtotiles tanquam arma deſeruire vult

vult Iram, eius enim ardore excuſſa fortitudo contra lędẽtes viriliter procedit, ſed non eſt bonum quod malo prouenit; & Ira non ex virtute, ſed ex infirmitate procedit, Mulieres, Pueri, Senes, & alij infirmiores ad Iram procliuiores ſunt, & etiam quia Arma manus in noſtri adiutorium mouent; hæc manum mouet, ipſumque mouentem immoderato furore contorquet. Moraliter ergò Iram reſpuamus in totum, & à ſola virtute perducamur; non enim Ciuili Prudentię conuenit iraſci, quam prò odendis
Hom. 4 vitijs, vt S. Auguſtinus dicebat. *Volo vos iraſci vobis; quid eſt enim homo pænitens niſi ſibi iratus homo?* Hoc eſt id, quod boni ab Ira ſpectare fas eſt contra vitia, & proprios delapſus iraſcẽdo: de cętero vel eam deſeramus, vel

ab

ab illa circumuenti patientia, & ſilẽtio rabidos, ac noxios eiuſdem effectus deuitemus.

Nil tam deforme, quam ad ſummum imperiũ etiã Acerbitatem adiũgere. &c.

ACERBITATE.

Cap. 38.

ADnotauimus alibi Iucunditatem, & morum manſuetudinem potius quam truculẽtiam, ac acerbitatem pręamandam eſſe, ad hanc enim recurrunt qui ſubſidium à grauitate maieſtosè exprimere non valent, & qui prudẽtia deſtituti à ſœuitia ſeueriſſima ſupercilia formidinis incutiẽdę gratia recipiũt.

De-

Deridiculum ſanè reputatur, immò ad indignationis incitamentum, quod quis *Pallantem Claudij Libertum* imitando nil vnquam Domi, niſi nutu, aut manu ſignificat, vel ſi plura oſtendenda ſcripto vtitur, ne vox cō ſocietur, & ſi emittitur tono tubæ, & ſeueris verbis in modum tonitrui ad timorem incutiendum erumpit.

Tacit. An. 13

Abhorreat mens honeſta Acerbitatem hanc, nec Prudentum exēplo unquam credat authorizatam in ijs maximè, qui Foro prçfuerunt. Militiæ, Triremibus, ac Claſſibus diuerſa quidem competitura. In perſimilē terrorem labitur qui ſerietatem cum acerbitate confundit, & vultus amaritudinem prò grauitate habet, quæ verbis diffuſa triſti aſpectu alloquentes territat, intuētes faſtidit; & cum

Magi-

Magiſtratus faſtigium amarulenta à ſubiectis auctoritate inuidiã, & cum ea odium ipſius indiuiſibilem ſocium extorqueat; ſi acerbitate, & iniucũditate altius extollatur, nil verè tam deforme, & execrabile reperitur.

Imparitatem gradus ni facilitas nimia æquabilem reddat, frontis hilaritas ſubſeria ad ſuauem tolerantiam perducat.

Et oh' quam iniuſtè ab hominibus quampluribus Acerbitati adſociatur Sapientia, Virtus, ac Conſtantia! Acerbus prout grauitatem ſimulat, nec vera pollet, ita harum ſolùm fictam imaginem præfert: potius Acerbitas Malignitati, & Feritati connectitur; vtriſq; enim conuenit Vilitas quę, vt innuit Vir clariſſimus, harum Mater eſt; & verè ita eſt, quod *rarò*

ſub acerbo vultu vigeat Animus bonus.

Gloriam quærere, &c.

GLORIA.

Cap. 39.

GLoriam anguſtiori curriculo Tacitus intercludit, quando ait hominibus priuatis licere id, quod cuiq; libet, *Principibus* tantùm diuerſam eſſe ſortem, quorum Acta præcipuè ad Famam dirigenda. ſnam priuatis quoq; ad gloriam patet aditus ſedulò exquirendus, niſi infelici ſeculo, Dominioq; premamur; quibus periculū ex magna fama, quā ex mala, cum tunc *Inertia pro Sapientia* fit. Gloria (Seneca monente) *Vir-*

tutis

tutis eſt vmbra;& qui Virtutem ſequitur gloriam aquirit; vnum enim inſociabiliter parandum proſpera ſui memoria, contempta enim Fama Virtus quoque contemnitur: cętera enim caſibus obnoxia ſunt:virtus,& gloria tantùm ad æternitatem perdurantes vti collatæ in tempus, quo nec inuidia, nec odio, nec adulatione teruntur. At inſignis hæc gloriæ laus immoderatam cupiditatem eius pectoribus noſtris quæsò ne profundat;non quia magnitudine illius grauemur; ſed quia plerumq; ex celeberrimis geſtis reſultat; hæc difficultatibus ſemper adeò implicata fuere,vt raro vir gloriæ cupidus eandem ſit æquè conſequutus; plurimi enim de meritum ex infelici attentato nacti ſunt, inglorium q; & inexpectatum finẽ ægrè ſunt

ex-

experti : cõmagis in Foro verſantes, in quibus non par eſt ratio militaris, fortis , ex hac nempè fortaſſis vnica die, vel per inſignem aliquam oppugnationem , expugnationemue , aut per celebrẽ Caſtrorum cladem perpetuam gloriam aſſequimur ;quod in forenſibus curis à ſola maturitate, à ſola virtute , à ſola moderatione id expectare fas eſt.

Diogenes Synopenſis pacato animo gloriam domi propriæ , immò cubiculo expectabat, vix vnum affirmans ſe incœpturum greſſum pro illa conſequenda ;maluitq; naturæ æmulus, quam gloriæ cupidus videri, quæ licet ſtatim bonum opus non ſequatur tamen ſemper tempeſtiuè ſuccedit. Pugnãtibus ſolo nominis proprij prò ſplẽdore , & gloria ipſe Deus aduerſatur

ſatur *Ioſepho*, & *Azariæ* oppugnando, quia hac freti vanitate bellum inierant. Honeſtius eſt ad Poſterorũ memoriam te dici optimum, quam felicem, & glorioſum, illud enim eſt virtutis, hoc Fortunæ donum. *Macha. 1. c. 5.*

Cautè igitur gloriæ anhęlandum eſt; ipſa quippè gliſcunt viri egregij at vna cum periculis: fuiſſet Pætus illuſtrior ſi gloriam cum modo habuiſſet: non perinde debemus extorquere à Populis acclamationes, & plauſus: ſed virtute innixi, atq; probis operibus anxietate ad gloriam abnegata differamus quouſq; præſens tẽpus pręclara opera in ſe ſuſcipiens futurum aliquando gloriam effundat tandem. *Tacit. An. 15*

Illud te ad extremum & oro, & hor-

tor

tor, vt tanquam Poetæ boni, & Auctores induſtrij ſolent: ſic tu in extrema parte, & concluſione muneris, ac negotij tui diligentiſſimus ſis, &c.

BONO FINE.

Cap. 40.

FINIS ſubiacet promptior corruptioni, quam Principium, & Medium, non ſolum quia ex vetuſtate imperij coalita audacia ipſa moderatio, quæ eſt ſuprema totius miniſterij norma deponitur; ſed etiam quia tœdũ negotiorum ſupinã negligẽtiam vt plurimum ſecũ affert. Tiberius vi Dominationis conuulſus & onuſtatus eſt. *Vannius* ſecretis à *Druſo Cæſare* præfectus prima Dominij ſpatia ingreſſus clarus, ac diligẽs præfuit, mox diuturnitate imperij in ſuper-

ſuperbiã faceſſens Regno pulſus ho-norem deperdidit. *Ferdinandus ſenior Rex Neapolitanus* à Guicciardino in crepatur eò quod optimo ſui Principio malus Finis reſpondiſſet.

Quapropter vt benè Author noſter aduertit potiſſima Magiſtratus, & Regiminis pars eſt optimus finis; quicquid enim virtutis præclaræ ceteris tẽporibus ſingulare præfulſit, id omne complecti, & in ſe claudere debet elegantiſſimus finis; eò maximè, vt Boccalinus docet, quod Præſides primi anni nouitate à Prouincialibus venerantur; ſecundo neutralitate diliguntur; & tertij demum tędio aſpernuntur; ac proinde huic moleſtiæ, quæ ex Dominationis diuturnitate procedit optimis operibus, ac diligẽti moderatione occurrẽdum erit; pro

Errata expectationem exceſſerunt, cum Authore etiam è longinquo abſente Typis Libellus ſit demãdatus: at Lectoris humanitas, quę vberrimè ſperatur expectationẽ non excedet, cum maxima ad tolerantiam deſideretur.

Taciti ſententijs locus deęſt paſſim, cum ipſe Author ex repetita excurſis vltrò Annis eiusdem lectione nunc nec minus loca pręciſa ſciat: certum tamen eſt omnia ferè axiomata ab illo magno Prudẽtię Fonte exhauriſſe.

Error fol. 22. ibi. *Ne vltrò occurras Negotijs*, eſt ipſius textus Ciceronis editionis *Geneuæ*, qua in obſeruatiõnibus Author vſus fuerat; in reliquis ſuppleat Lector, qui

Errata — ſic — Corrigat.

Fol.	Lin.		
1.	13.	ad ea —	ab ea
15.	14.	oppreſſas —	oppreſſa
24.	10.	excreucrat -	excreuerant
36.	14.	ordine —	origine
45.	3.	ineundo —	ineundos
48.	16.	incongruis —	in incongruis
49.	13.	comespēdet-	correſpondet
74.	11.	vitioſos	vitioſas
110.	20.	Metitis	Maritis
115.	9.	impellit	impellat
119.	17.	inuoluntariam	in inuolunt.
119.	13.	prȩſeferat	non prȩſeferat.
119.	15.	Prudentis	Prudentię
120.	17.	perdura	perducta
127.	9,	conſtruenis	conſtruendis.
149.	4.	prurietium	Adulatione prur.
150.	1.	detractio quam Adulatio	Adulatio, quam Detractio
160.	4.	niſi	expectatur niſi

223. 8.	agnoſcuntur	anguntur
227. 10.	prȩconcepta	quȩ prȩcon.
235. 11.	vilios	vilius
237. 9.	morbis	verbis
246. 17.	onuſtatus	mutatus
165. 10	Teſtmenti	Teſtamenti
205. 9.	diſcuiſum	diſcurſum
206. 13.	inteidicti	interdicti

Cæteris, ſi quæ ſunt, vel vnius literæ mutatione, vel irregulari excuſsione Typographi Tyrocinio ignoſcat Lector, & valeat.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google